Ueber
exekutorische Urkunden
und
Exekutiv-Prozeß

von

Dr. Hans Karl Briegleb,
Advokat zu Nürnberg.

Zweiter Theil.

Nürnberg, 1839.
Verlag von August Recknagel.

Chrestomathie

von

Belegstellen

zur

Geschichte des Exekutiv-Prozesses

von

Dr. Hans Karl Briegleb.

Nürnberg, 1839.
Verlag von August Recknagel.

Vorwort.

Für den Gebrauch der nachstehenden Sammlung dürften einige kurze Erinnerungen genügen.

Den Text der Statuten glaubte ich getreu und mit allen, wenn auch noch so offenbaren, Corruptionen wiedergeben zu müssen. Dasselbe ist auch bei dem Tractate des Guido de Suzaria geschehen. Nur der äußerst beschwerlichen, oft sinnentstellenden Unordnung in der Interpunction mußte überall abgeholfen werden. Dieß ist, so viel nöthig, von kurzer Hand geschehen. Was ich außerdem zum schnelleren Verständnisse des Textes bald berichtigend, bald ergänzend eingeschoben habe, ist in leicht kenntliche Klammern: [ ] eingeschlossen worden. Mancher dieser Zusätze mag für sehr überflüßig gelten. Doch schien es mir besser, solchen Ueberfluß zu wagen, um nur eine durch Styl und Ausdruck ohnedieß so schwer genießbare Lectüre möglichst zu erleichtern. Dasselbe gilt von den eingestreuten literargeschichtlichen Notizen, welche kein Verdienst ansprechen, als das des Abschreibers, und nichts seyn sollen, als Meilenzeiger auf dem Wege durch eine uns in vielen

Beziehungen so fern liegende Vergangenheit. Ueberhaupt konnte und wollte ich mich auch hier nicht von der besonderen Rücksicht auf jene Leser losreissen, welche ich meinem Buche vorzugsweise wünsche.

Daß die einzelnen Stücke der ganzen Sammlung nach Nationen zusammengestellt und unter sich nach der Zeitfolge geordnet sind, bedarf wohl keiner besonderen Rechtfertigung. Bei den Statuten übrigens ist die Bestimmung der Zeitordnung in sofern allerdings nicht sicher, als in der Regel die einzelnen Satzungen, welche sich in den Ausgaben meist ohne Unterschied neben einander befinden, sehr verschiedenen Zeiten angehören.

Unter den Statuten befinden sich auch solche, welche nicht in die Categorie der Stadtrechte, sondern in die der Landrechte gehören, wie die von Neapel, Ancona und in gewissem Sinne die von Mailand und Triest; ihre Grundlage aber ist keine andere, als die der Stadtrechte im strengsten Sinne; man wird daher gegen die gemeinsame Bezeichnung als Statuten nichts zu erinnern haben.

Briegleb.

Inhalt.

A. Italienische Juristen.

Seite

I. Azo 1
II. Roffredus 5
III. Accursius 11
IV. Odofredus 18
V. Guido de Suzaria und Genossen 23
VI. Rolandinus 75
VII. Petrus de Unzola 87
VIII. Petrus Boaterius 92
IX. Wilh. Durantis und Joh. Andreae . . . 95
X. Buttrigarius 105
XI. Cinus 108
XII. Bartolus 117
XIII. Baldus 136
XIV. Angelus de Ubaldis 148
XV. Salicetus 156
XVI. Fulgosius 163
XVII. Ludovicus Pontanus 166
XVIII. Paulus de Castro 175
XIX. Antonius de Canario 183
XX. Benedictus de Barzis 214
XXI. Alexander Tartagnus 224
XXII. Jason 232

B. Italienische Statuten.

I. Padua 240
II. Neapel 254
III. Ancona 263

		Seite
IV.	Mailand	273
V.	Tivoli	279
VI.	Genua	283
VII.	Vicenza	299
VIII.	Rom	305
IX.	Sezza	313
X.	Perugia	316
XI.	Lucca	330
XII.	Pistoja	343
XIII.	Velletri	352
XIV.	Cori	357
XV.	Triest	361
XVI.	Ferrara	365

C. Spanische Juristen.

I.	Rodericus Suarez	367
II.	Alphonsus de Montalvo	376
III.	Antonius Gomez	381
IV.	Didacus Covarrubias	388
V.	Parladorio	392

D. Französische Juristen.

I.	Petrus de Bellapertica	396
II.	Johannes Faber	398
III.	Nicolaus Boërii	400
IV.	Petrus de Vergnia	404
V.	Chassenaeus	407

I. *Azo.* [1]

Nächst Irnerius der berühmteste unter den Glossatoren. Zeit seiner höchsten Blüthe vom J. 1190. bis 1220. Weder die Zeit seiner Geburt, noch die seines Todes ist genau ermittelt.

Unter seinen Schriften sind, ausser den Glossen zu den Rechtsquellen, besonders berühmt:

1. seine Summa zum Codex,
2. seine Summa zu den Institutionen.

Beide sind förmlich ausgearbeitete Lehrbücher. Ueber den Codex ist aber auch noch eine Lectura et magnus apparatus vorhanden, zusammengetragen aus Vorlesungen, welche ein Schüler des Azo nachgeschrieben hat.

Summa in codicem.

L. un. de confessis. [2]

De vere condemnatis dictum est; sequitur, ut videamus de quasi condemnatis, i. e. de confessis. Videndum ergo, quando locum habeat iste titulus, et quando alicui praeiudicetur ex

1) v. Savigny Bd. V. S. 1. ff.

2) Summa Azonis 1533. Ex typis Jacobi Myt Calchographi solertissimi in 8vo. fol. 295 — 296. —

confessione sua. Habet autem locum ista rubrica post litem contestatam, sed edictum de interrogatoriis actionibus locum habet ante litem contestatam tantum. Unde ex eo edicto fiunt interrogationes ante litem contestatam principalis causae, sed tamen exposito libello super eam in casibus XI; ...... et in [casu] XII generali, ubicunque aequitas moverit iudicem, ut ff. de interroga. actionib. l. qui servum §. ult. [3]) et l. penult. [4])

2. Et fiunt etiam in illis casibus interrogationes in iure, id est apud iudicem, licet in itinere vel in domo hoc agatur, non observato etiam loco, in quo definitiva sententia solet ferri, quia res ista non exigit plenam cognitionem, ut ff. de interrog. action. l. voluit §. quod ait [5]) et l. si defensor [6]) §. illud; [7]) alioquin contrarium esset, ut ff. de iustitia et iure l. penult.

3. Titulus autem iste locum habet post litem contestatam, et bene est, ut huius rubricae sententiam breviter comprehendamus sub regula.

4. Est autem regula talis: confessus in iure, contra se, quod ius et natura non respuit, vel

3) L. 20 §. 2. D. 11, 1. —
4) L. 21 eod. —
5) L. 4 §. 1. eod. —
6) L. si defensor ist jetzt §. 4. l. 9. eod. (*si sine interrogatione.*)
7) L. 9 §. 6. eod. —

certam speciem vel quantitatem se debere, vel factum, cuius nomine cum alio possit esse actio, vel rem esse meam, pro iudicato habetur.

Et est notandum, quod singula verba regulae in se pondus habent. Nam ideo dictum est de confesso in iure, quia facta confessio extra ius non plene praeiudicat alicui, licet Jacobus dixerit contrarium, ut ff. de interrog. act. l. 1. §. ult. . . . ., nisi facta confessio extra iudicium vim pacti in se habeat, ut si quis confiteatur, se debere ex certa causa. . . . .

5. Quod autem dicitur, se debere certam speciem vel quantitatem, id eo dicitur, quia, ubi quis confitetur certum [incertum], non habetur pro iudicato, urgeri tamen debet, ut certum confiteatur et sic habeatur pro iudicato. . . . .

6 . . . Item habetur confessus pro iudicato, si pubes est, licet, si ponamus, esse minorem XXV annis, possit in integrum restitui; pupillo autem ipso iure non praeiudicat confessio, ut ff. eod. l. certum §. penult. [8])

Item quod dixi, confessum haberi pro iudicato, sic intellexerunt plerique, ut iam per iudicis sententiam non debeat damnari, siquidem nullae sunt partes iudicis in confitentem, ut ff. ad leg. Aquil. l. proinde §. ult. [9]), unde confesso interim currunt tempora IV mensium, ut ff. eod.

---

8) L. 6 §. 5 D. 42, 2. —
9) L. 25 §. 2 D. 9, 2. —

l. certum §. ult. et de re iudicata l. debitoribus [10]; sed certe, licet non sint aliquae partes in cognoscendo vel in existimando quantitatem damni, et ex eadem l. proinde et ff. eod. l. iulia. [11] In criminali tamen causa certum est, confessum esse damnandum, secundum omnes, ut ff. de custodiend. et exhi. re. l. si confessus. [12]

7. In civili autem causa puto distinguendum, an actor coeperit agere causam iudiciario ordine per libellum et similia, ut tunc confessionem debeat sequi sententia; [si vero] extra ordinem vel ex abrupto fecerit quis reum per sacramentum a praeside interrogari, ut tunc nulla debeat sequi sententia, sed praecipiatur a praeside pecunia intra legitima tempora solvi, sicut quotidie servare videamus [servari videmus.]......

9. Nec est praetermittendum, quod quidam super istum titulum scripserunt authenticam falsam sic: Si debitor fuerit confessus de debito vel de rebus aliis coram vicinis vel amicis, pro eodem habetur ac si coram iudice vel apud magistratum confessus fuisset. Nec enim est in corpore authenticorum........................

Patet ex praedictis, quod illa verba: confessiones [confessos] pro iudicatis haberi placet, plene [plena] sunt ministeriis [mysteriis] et subiacent insidiis et multiplices admittunt distinctiones.

10) L. 31 D. 42, 1. —
11) L. 3 D. 42, 2. —
12) De custodia et exhibitione reorum. L. 5 D. 48, 3. —

II. *Roffredus Epiphanii.* [1])

Gebürtig aus Benevent, schon vor dem J. 1215 Professor zu Bologna; starb bald nach 1243. Seine Hauptwerke sind Anleitungen zur Praxis sowohl des römischen als des canonischen Rechts:

1. **De libellis et ordine iudiciorum**, [2]) geschrieben zwischen 1227 und 1243.

2. **Libelli de iure canonico.**

Hiezu kommen noch:

3. **Quaestiones sabbathinae**, eine Sammlung von Rechtsfällen für Disputirübungen.

De libellis et ordine iudiciorum.

Pars IV.

Rubrica. *De actione in factum vel utili, quae oritur ex confessione.* [3])

Est et alia actio in factum, de qua dominus

---

1) v. Savigny Bd. V. S. 163. ff.

2) Enthält eine Menge von Formularien zu Klagen und Einreden sammt theoretischen Erläuterungen.

3) Solennis atque aureus tractatus libellorum Domini Rofredi Beneventani super utraque censura cum suis fructuosissimis quaestionibus et eorum decisionibus exquisitissimis. Expensis . . Petri trach civis Spirensis . . in insigni urbe Argentinensi opera Joannis grüninger . . . nno . . . secundo post quindecim centesimum. XVI. Kal. septembris. (III. voll. in fol.) Vol. I. fol. 81. — (Ed. Avenion. 1500. fol. 186.)

Joannes [4]) non tractavit in arbore actionum... Est enim illa, quae oritur ex confessione. Si enim aliquis confitetur, se debere tibi X, ex hac confessione oritur actio in factum, et ideo in factum, quia confessus fuit informiter i. e. causa non adiecta. Si autem confessus esset formiter, i. e. causa adiecta, puta se debere ex causa mutui, tunc dabitur utilis certi condictio contra illum, sicut daretur directa ex vero contractu, ut ff. de interrog. act. l. de aetate §. qui interrogatus. [5]) Simile in iureiurando delato, ubi, si iuratur formiter, causa adiecta, datur utilis actio ex eo contractu; si iuratur informiter, i. e. sine causa, tunc datur in factum, ut ff. de iureiur. l. nam postea §. penult. et ult. [6]) et l. sed et si possessori [7]) et l. si duo patroni §. penult. [8]) ....

Quaestio. Sed illud quaeritur: quomodo potest oriri ista actio in factum, sive ex confessione sive ex iureiurando, ... cum etiam obligatio emissa sine causa condicitur, ut ff. de condict. sine causa. l. qui sine causa, [9]) imo et

---

4) Johannes Bassianus, Jurist aus dem XII. Jahrhundert, in seinem Werke: arbor actionum.

5) L. 11 §. 9. D. 11, 1. —

6) Muß heißen l. nam postquam, d. i. l. 9. §. 6. 7. D. 12, 2. —

7) Muß heißen l. sed si possessori d. i. l. 11. D. 12, 2.

8) L. 13 §. 5. eod. —

9) L. 3 D. 12, 7. —

agenti sine causa ex obligatione obstat doli exceptio, ut ff. de doli excep. l. 2..... Respondeo: in iureiurando operatur hoc auctoritas religionis s. sacramenti. Idem dicunt contingere propter auctoritatem iudicis et potestatem ipsius confessionis, quia sua sententia se damnat, ut ff. de confess. l. 1; quae confessio multa inducit, quia facit aliquem haberi pro condemnato, ut C. de confess. l. unica. Item confesso sicut et condemnato statim tempora duorum mensium, hodie quatuor, computantur, ut ff. de re iud. l. debitoribus, et ff. de confessis l. certum [10]) §. si alia et §. alias. [11]) Post rem enim iudicatam vel iureiurando decisam vel confessionem in iure factam nihil quaeritur, quia in iure confessi pro iudicatis habentur, ut ff. de re iudic. l. post rem. Cum igitur parificentur ista tria: sententia, iusiurandum et confessio, ergo ex confessione, etiam causa non adiecta, oritur actio in factum, sicut in sacramento et in sententia . . . et in hac opinione fuerunt plurimi prudentes, specialiter dominus meus K. [12]) Alii dicunt, ut notat dominus meus [13]) in summa C. de non numerata pecunia circa principium, quod confessio cum causa praeiudicat, ut detur utilis ex confes-

---

10) L. 6 D. 42, 2. —
11) §. si alia ist wohl §. 2; §. alias existirt nicht. —
12) Karolus de Tocco, Lehrer des Roffredus. —
13) Azo. —

sione, quae daretur ex contractu directa, et in hoc cum aliis concordat, ut dictum est. Caeterum, si aliquis confiteatur sine causa, non praeiudicat.

. . Unde ad hoc, ut actio ista competat, tot sunt necessaria, sive quaeramus de utili, sive de in factum: In primis, quod quis confiteatur, se debere. Secundum, quod in iure. Tertium, quod contra se. Quartum, quod sit major XXV annis. Quintum in causa civili et pecuniaria. Sextum certam quantitatem vel speciem vel factum. Septimum, quod ius et natura non respuat. Octavum, quod de eo actio esse possit cum alio in rem eandem. Nonum, quod nullus error facti interveniat. Decimum, quod praesente adversario. .

Primum et secundum exigo, quod confiteatur, se debere, et in iure, quia, si extra ius, non praeiudicat, nisi coram V testibus rogatis, licet Jacobus doctor antiquus [14]) dixerit, confessionem factam extra ius coram paucioribus praeiudicare per authenticam, quam falso posuit in C. de confessis. Haec probantur ff. de interrog. act. l. 1. in fi. et C. de confess. l. unica, ff. de confessis l. 2. et 3, nisi confessio facta extra ius vim pacti obtineat, puta confiteor, me debere X tibi, et promitto illa tibi redditurum usque ad pascha, vel quod solvam tibi usque ad pascha. Tunc enim facta coram duobus praeiudicat, ut notat

14) Gestorben 1178. —

dominus meus per l. [15]) C. de non num. pec. l. generaliter, et hoc plene notat in summa tituli illius. [16]) ....

Quaestio. Illud etiam quaeritur, an contra confessum sit danda sententia vel habeatur ipso iure pro damnato, ut sententia non sit necessaria. Jura quaedam videntur velle, ut sententia non sit necessaria. Nam ipse sua se sententia damnavit, ut ff. de confess. l. 1. Item nullae sunt partes iudicis in confitentem, ut ff. ad leg. Aquil. l. proinde. Item confessus habetur pro condemnato, ut ff. de confess. l. 1. et l. 3. in fi. et C. d. confess. l. un. Item confesso sicut et damnato datur tempus ad solvendum, ut ff. de re iud. l. debitorib. et ff. de confess. l. certum §. si alia in fi. Item non est confessi causa tuenda rei.

Econtra videtur, ut confessus sit damnandus, ut ff. de confess. l. ult. Item, si quis confessus fuerit in causa criminali, damnandus est, ut ff. de custodia reor. l. si quis confessus. Et quod dicitur nullae sunt partes iudicis, subaudi, quoad causae examinationem, non autem quoad condemnationem; condemnatio enim necessaria est. Item iura allegata dicunt, quod confessus habetur pro condemnato; ergo non est dam-

---

15) Dieß l. muß wohl wegfallen, man müßte es denn verstehen für lectura. —

16) Tit. de confessis. —

natus, sed damnandus; nam nihil est id, cui est simile, ut dicit Aristoteles; nam ratihabitio habetur pro mandato, ut C. ad maced. l. ult. 17), non tamen est mandatum.

Respondeo: dominus meus K. 18) dicit, confessum debere damnari, et quod dicit l. illa *debitoribus* et alia iura similia, locum habet, quando, [quum] debitor fuit a creditore interpellatus et dilationem petet, tale debet tempus dari sibi, quale condemnato datur. Dominus meus 19) distinguit, utrum iudex coepit audire causam per libellum et ordine iudiciario; tunc confessus est damnandus. Sin autem sine libello et iure extraordinario, sicut faciunt potestates quandoque in *lombardia* et *tuscia*, puta habeo debitorem meum, duco eum coram potestate et dico: domine, quaere a debitore meo, si debet mihi XX, et ille confitetur, tunc non est damnandus, sed statim potestas dat tempus ad solvendum, sicut et condemnato.

---

17) L. 7. C. 4, 28. —
18) Karolus. —
19) Azo; vgl. oben.

III. *Accursius.*[1]

Geboren um's J. 1182, gestorben gegen 1260. Die von ihm herrührende glossa ordinaria zum corpus iuris civilis, mehr Compilation, als eigene Arbeit, welche ihn so berühmt gemacht hat, kommt hier allein in Betracht. Sie war das Erzeugniß langjähriger Arbeit.

So schrieb er an der Glosse zu den Authentiken im J. 1220, an der Glosse zum Codex im J. 1227, an der Glosse zu den Institutionen, welche er zweimal bearbeitete, nach 1234.

L. un. C. de confessis.[2]

Gl. Confessos in iure. lite contestata et in loco, ubi redditur ius, et apud praesidem.

Gl. Solvere. scilicet accepta, puta mutuo. Et quia haec regula: confessos etc. multas habet oppositiones, ideo dicit Joannes sic eam formandam: Confessus in iure contra se certum quid, quod ius et natura non respuit, vel factum, cuius nomine cum alio possit esse actio in causa pecuniaria, pro iudicato habetur. In iure ideo dicit, quia extra ius non valet, ut ff. de inter-

---

1) v. Savigny Bd. V. S. 237 ff.

2) Ich bediene mich durchweg des corp. iur. civ. glossatum. Lugduni 1572 apud Hugonem a Porta. in fol.

rog. act. l. 1. in fi. et l. fin. et supra [C.] de iur. et facti ignor. l. cum falsa, nisi fiat ad liberandum, ut authenti. de testi. §. et licet col. VII et ff. de pactis l. tale in prin. vel nisi fiat ad obligandum cum causa, quo casu distinguitur causa mutui et dotis ab aliis, ut dixi supra de non num. pecun. l. generaliter. Sed Jacobus antiquus dicit, valere etiam extra ius et etiam sine causa ad obligandum, et sic intelligebat supra de iur. et facti ignor. l. cum falsa.; sed aliter ibi exponimus. Item pro se inducebat quandam falsam authenticam.[3]..................

Et intellige in iure, ubicunque sit judex, ut ff. de interrog. act. l. voluit §. quod ait praetor. Vel aliter, ut ibi notavi.....................

Item habetur pro iudicato, ut etiam non debeat damnari amodo secundum quosdam, sed statim tempora quatuor mensium currunt confitenti, ut ff. eod. l. certum §. fi. et ad l. Aquil. l. proinde §. fi. Tu dic contra, ut ff. de iudi. l. de qua re et ff. eod. l. Julianus. Et quod dicitur: nullae sunt partes, scilicet in cognosendo, sed in pronunciando sic; et dicta l. *certum* §. fi. ante litem contestatam loquitur....... Et si quaeras: quid prodest damnari confitentem post confessionem, cum ex confessione datur in factum? Respondeo: posito hoc nihil obstat et aliam

---

3) wie oben von Azo und Roffredus berichtet wird. —

dari ex sententia, sicut ex iuramento datur et tamen sequitur sententia, ut supra de iureiurando l. actori delato. Et hoc, si lis fuerit contestata; alias sufficit, in confessum dari quoddam praeceptum in certum diem, ut ff. de iud. l. si debitori .... Item est necesse, quod sponte confiteatur; alias non valet ....

Illud nota, quod confessio valet sine interrogatione, ut ff. de interrog. act. l. si sine. Item quo iure compellam adversarium meum ad huiusmodi responsiones? Respondeo: per officium judicis, per hunc titulum et per authenti. de his qui ingre. ad ap. §. fi ....

L. 21. D. de interrogationib. in iure faciendis et interrogatoriis actionib.

(Ulpianus ad Edictum.) Ubicunque iudicem aequitas moverit, aeque oportere fieri interrogationem, dubium non est.

Gl. Ubicunque. Dubium. ut si Bononiensis petat lectum et nesciat, cui locavit ex scholaribus. Azo. vel sicut fit Bononiae in praeceptis; nam quaeritur a debitore, an debeat, ut sic fiat ei praeceptum, ut supra de iudi. l. si debitori.

L. 21. (si debitori) D. de iudiciis.

(Ulpianus ad Edictum.) Si debitori meo velim actionem edere, probandum erit, si fateatur se debere paratumque dicat solvere, audiendum eum dandumque

diem cum competenti cautela ad solvendam pecuniam; neque enim magnum damnum est in mora modici temporis. Modicum autem tempus hic intelligendum est, quod post condemnationem reis indultum est.

Gl. Si debitori. Casus. Convenire volebam debitorem meum in X et sic ei libellum porrigere et ei edere actionem volebam, et ipse confessus fuit mihi debere, quod petebam. Et cum pecuniam prae manibus non haberet, petebat dilationem dari. An sit audiendus vel condemnandus, ut solvat, quaeritur. Et respondeo, quod audiendus est, ut ei detur modica dilatio, sicut daretur cuidam condemnato, cum confessus pro condemnato habendus sit..... Sed quaeritur hic extra casum: quae sit modica dilatio? Et dicit, quod antiquitus duorum mensium sive quatuor, ita, ut promittat solvere cum competenti cautione. Sed an cum fideiussore, vel non? Et dicit, quod inspicitur qualitas personarum.

Gl. Dandumque. si non habet pecuniam ad manum, ut infra de re iud. l. debitoribus et de legat I. l. si domus §. 1. Item intellige legem istam in actione personali, secus in actione in rem, quia tunc, prout iudici videbitur, ut instit. de offi. iud. §. 1.

Gl. Competenti. quae erit officio iudicis, arg. infra de iur. delib. l. 1. in fi. et de leg. I. l. si domus §. 1. Et dic: cum fideiussoribus vel pignoribus, secundum quosdam, ut infra de fideic. li. l. 3. §. igitur. Accur.

Gl. Modicum. alias accipitur modicum tempus X dierum, ut infra de consti. pe. l. promissor §. 1; alias accipitur tempus, quod magis intellectu, quam elocutione exprimi possit, ut infra de sol. l. ratum et l. quod dicimus. secundum Jac.

Gl. Indultum est. olim duorum mensium, ut infra de re iudi. l. debitoribus, hodie quatuor, ut C. de usu. rei iud. l. 2. Et per hanc legem fiunt hodie praecepta intra X. dies, et facit infra de iur. fis. l. in fraudem §. fiscalibus, licet ibi aliud tempus detur.

L. 21. D. de re iudicata.

(Callistratus.) Debitoribus non tantum petentibus dies ad solvendum dandi sunt, sed et prorogandi, si res exigat. Si qui tamen per contumaciam magis, quam quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem, pignoribus captis compellendi sunt ad satisfaciendum ex forma, quam Cassio proconsuli divus Pius in haec verba rescripsit: His, qui fatebuntur debere, aut ex re iudicata necesse habebunt reddere, tempus ad solvendum detur, quod sufficere pro facultate cuiusque videbitur . . . .

Gl. Debitoribus. potest dici, ut loquatur tota lex, quando non fuit lis contestata, nec processit in figura iudicii, sed tantum fuit reus confessus; vel potest dici, quod usque ad verba rescripti de definitiva dicat.

Gl. Dandi sunt. in sententia definitiva, quod

est quatuor mensium vel plus vel minus ex causa; vel dic in praecepto, quod facit iudex in confessum citra formam iudicii.

Gl. Rescripsit. rescriptum loquitur post praeceptum factum in confessum citra formam iudicii.

L. 25. D. ad legem Aquil.

(Ulpianus ad Edictum.) Proinde si occisus...... §. 2. Notandum, quod in hac actione, quae adversus confitentem datur, iudex non rei iudicandae, sed aestimandae datur; nam nullae sunt partes iudicantis [4]) in confitentes.

Gl. Sed aestimandae. ut aestimet damnum datum, quantum sit .... Et quod hic dicit. non dari rei iudicandae, intellige, ut dixi, cum praecedenti probatione et cognitione. Nec enim est opus, cum reus sit confessus. Tamen datur rei iudicandae, id est, ut pronunciet damnum datum esse, et declaret eius aestimationem. Vel dic: non datur iudex rei iudicandae, cum sine libello simpliciter ad instantiam actoris iudice interrogante reus confitetur se damnum dedisse, ut supra de iudi. si debitori. Cum autem solenniter inchoatur, et solenniter est per sententiam finienda.

Authent. De exhibendis et introducendis reis. (Nov. 53.) Cap. III.

Gl. Litis contestationem. scilicet narratione

4) Alias: iudicandi.

praeposita et responsione secuta, ut C. de lit. contest. l. 1. .... sed cum responsio possit esse per sic, et per non, et per dubium, puta opposita exceptione, nunquid semper fiet contestatio? Respondeo: primo casu fit, sed tamen sunt nullae partes iudicis in cognoscendo, sed in iudicando tantum, ut ff. ad leg. Aquil. l. proinde et ff. de confess. l. 1. et C. de confess. l. 1. unde evenit mirabile, ut haec responsio obtineat vicem contestationis, quasi sententiae, ut dictum est. alias enim non valeret sententia, ut C. de sen. l. prolatam. et hoc quando libellus fuit datus, ut fieret causa. si autem extra ordinem fecit eum interrogari et fuit confessus, tunc fit ei unum praeceptum de solvendo secundum consuetudinem generalem; et sic etiam potest intelligi ff. ad. leg. Aquil. l. proinde.

IV. *Odofredus.* [1]

Geboren in Bologna um's Jahr 1200; berühmt als Praktiker, wie im Lehramt, welches er einen großen Theil seines Lebens in Bologna bekleidete; starb im J. 1265.

Von ihm sind neben zahlreichen kleineren Schriften gedruckte Vorlesungen über die Digesten und den Codex vorhanden.

Aus letzteren: [2]

L. un. C. de confessis.

Confessos ....

Or dic mihi, quomodo debet intelligi: pro iudicato habetur? Dixerunt antiqui: id est pro condemnato habetur, adeo, quod in confitentem non est ferenda sententia, quia nullae sunt partes iudicis in confitentem, ut ff. ad l. aquil. l. proinde. Et ideo distinguebant inter causam civilem et criminalem; nam in civili dicebant, quod non erat ferenda sententia in confitentem, sed in causa criminali sic, ut ff. de custo. et exhi. reor.

---

1) v. Savigny Bd. V. S. 323 ff. —

2) Nach der Ausgabe: Odofredus super Codice. Impressum in oppido Tridini . . . Impensis domini Joannis de ferrariis alias de Jolitis ac domini Girardi de zeiis. Anno . . 1514. f. mit Blattzahlen.

l. si confessus. [3]) Sed, segnori, in causa criminali lex est expressa, quae dicit, si aliquis est confessus se crimen perpetrasse, debet detrudi in carcerem, antequam condemnetur, ergo debet condemnari, ut dicitur in praeallegata lege ff. de custo. et exhi. reor. l. si confessus et infra de poenis l. qui sententiam. [4]) In causa civili ita distinguemus. Nam cum aliquis confitetur in iure: aut extra ordinem, aut ex ordine. Extra ordinem fit confessio tota die in civitate ista [5]); nam si mutuo tibi C et dico: volo, quod recipias praeceptum de hoc a iudice, dicis tu: in nomine domini; venio tecum ad iudicem de manu ad manum et dico iudici: domine, iste debet mihi C; dicit iudex: debes tu ei C? dicit iste: sic; iudex facit ei praeceptum secundum consuetudinem locorum. Nam consuetudo est in civitate ista, quod debitori confitenti, si est civis, fiat praeceptum, ut solvat usque ad X dies, si est forensis, quod solvat usque ad XX dies; vel faciat ei praeceptum, quod solvat secundum legem, id est infra tempus, quod datur condemnatis [6]); non autem iudex fert sententiam defi-

---

3) L. 5 D. 48, 3. —

4) L. 16 C. 9, 47. —

5) Nehmlich Bologna.

6) ut colligitur de iudi. l. si debitori (l. 21 D. 5, 1.) et ff. de le. I. l. si domus §. qui confitetur (l. 71. §. 3.) et supra de usur. rei iud. (C. 7, 54.) l. 2. —

nitivam, quia sententia non fertur lite non contestata, nisi in causa appellationis. [7])

Si autem confitetur in iure ex ordine, verbi gratia voco te in ius et peto a te X, dicis tu: offeras mihi libellum, indubitanter debet offerri libellus, quia ei, qui ad iudicium vocatur, etc. ut supra de lit. conte. auct. offeratur [8]); unde offero tibi libellum et lis contestatur et iuratur de calumnia, et pono, quod numeravi tibi X ex causa inserta in libello, vel quod alius numeravit tibi meo nomine, fateris. Hic, quando ex ordine itur ad iudicem et sequitur confessio post litem contestatam, habetur confessus pro iudicato quantum ad probationem, quia non habeo amodo necesse probare, quod mihi X debeas; non autem confessus habetur pro iudicato quantum ad sententiae prolationem; nam in iustum confessum debet ferri sententia [9])... Et non obstat illa l. proinde, quia nullae sunt partes iudicis in confitentem, scil. quantum ad probationem et quantum ad examinationem negotii; sunt tamen quantum ad sententiae prolationem sive quantum ad condemnandum, ut dixi. [10])

---

7) ut infra de temp. ap. l. ulti. §. illud (l. 5. §. 4. C. 7, 63.)
8) C. 3, 9. —
9) ff. de iudi. l. de qua re. (l. 74. D. 5, 1.)
10) Odofredus super Codice fol. 465. —

L. 1. C. de litis contestatione. (3, 9.)

Res in iudicium........................

. . . distinguendum est sic: aut actor et reus communi concordia veniunt ad iudicium extra ordinem, aut ex ordine. Si veniunt ad iudicem extra ordinem, ut fit tota die in civitate ista, quia mutuo tibi X et tu promittis reddere ad diem et promittis recipere praeceptum infra diem, postquam ego denunciavero tibi, et ego tibi statim denuncio, quod recipias, unde venimus ad iudicem manu ad manum, et actor dicit iudici: domine, iste debet mihi X libras, dicit reus: bene debeo ei solvere ad talem diem, de qua fuimus concordes; si autem de dilatione non sunt concordes, tunc praecipit secundum formam legis municipalis, si est civis, quod solvat ad X dies, si est commitativus, quod faciat ei praeceptum, quod solvat usque ad XXX dies; sed si non esset forma legis municipalis, nec sunt concordes de dilatione, tunc debet ei dare tempus, quod datur condemnatis, ut ff. de iudi. l. si debitori et ff. de re iud. l. debitoribus; et hoc casu non fit litis contestatio, quia non est oblatus libellus, quia hoc non videtur fieri animo contestandi litem. [11])

---

11) Odofredus super Codice fol. 151. —

L. 1. C. de iurisdict. omnium iudic. (3, 13.)

Non quidem...........................

Sed denuo quaero: habetne locum, quod hic dicitur [12], in iudicibus, qui habent dignitatem et administrationem, ut est proconsul, et in iudicibus, qui habent dignitatem sine administratione, ut sunt iudices calcularii [13], qui habent privilegium a principe, quod sint iudices et notarii, de quibus multi sunt in Tuscia. Dixerunt quidam, legem istam habere locum tantum in his, qui habent dignitatem cum administratione, quia haec lex loquitur in procuratore caesaris, qui habet dignitatem cum administratione. Sed certe verius est iure nostro, quod habet locum in his iudicibus, qui habent iurisdictionem sine administratione, quia in fine legis dicitur, quod in aliis similibus etc., quia lex dicit expresse, si duo subiiciant se iurisdictioni cuiusvis iudicis, ut ff. de iudi. l. 1. Tamen cives huius civitatis fecerunt contrarium statutum: quod sententiae latae ab his iudicibus, qui eliguntur per formam statuti, serventur; non autem, si ab aliis iudicibus ferantur. [14]

---

12) Es ist nehmlich von der Befugniß zur prorogatio iurisdictionis die Rede. —

13) Muß heißen: cartularii.

14) Odofredus super Codice fol. 157b. —

V. *Guido de Suzaria* u. Genossen.

Ueber die Autorschaft des tractatus de guarentigiato instrumento editus per dominum Guidonem de Suzaria.

Wir können diesen Tractat nicht mittheilen, ohne vorher die Zweifel, welche über die Autorschaft, ja über die Aechtheit desselben erhoben worden sind, etwas umständlicher zu beleuchten.

Von Savigny [1]) bemerkt: es könne diese, in den beiden Tractatensammlungen Lugd. 1549 und Ven. 1584 gedruckte, Schrift dem Guido nur dann zugeschrieben werden, wenn man spätere Interpolationen annehme, da in derselben — nach dem Zeugniße des Diplovataccius — der viel jüngere Bartolus angeführt werde, wofür Sarti, ohne Zweifel blos durch Schreibfehler, Baldus setze.

Ob Diplovataccius (welcher von 1468 bis 1541 lebte,) ein gedrucktes Exemplar unseres Tractats oder eine glaubwürdige Handschrift vor Augen hatte, ob überhaupt vor dem Abdrucke in der Tractatensammlung vom J. 1549 dieser Tractat durch den Druck bekannt war, weiß ich nicht mit Gewißheit anzugeben. Doch ist das letztere mit vie-

---

1) Gesch. d. R. R. Bd. V. S. 357. 358. Lit. E. und Note 29. —

ler Wahrscheinlichkeit anzunehmen [2]). In diesem Falle darf man auch unbedenklich voraussetzen, daß der ältere Druck mit dem vom J. 1549 übereinstimmend ist [3]).

Alsdann aber träfe den Diplovataccius der Vorwurf der Ungenauigkeit. Denn in dem Abdrucke des Tractats in der Sammlung von 1549 (wie in der vom J. 1584) kommt ein Citat aus Bartolus nirgends vor.

Eben so wenig ist aber das von Sarti berichtete Citat aus Baldus [4]) zu finden; obgleich

2) In dem vor jedem Theile der ganzen Tractatensammlung von 1549 stehenden index tractatuum sind nehmlich diejenigen Tractate, welche vorher noch nicht gedruckt waren, durch ein bestimmtes Zeichen ausgezeichnet. Dieß ist bei dem tract. de guarent. instrum. nicht der Fall; folglich darf es fast als gewiß angenommen werden, daß diese Schrift schon vorher gedruckt war. Indessen habe ich eine bestimmtere Anzeige davon nirgends gefunden. —

3) Es liegt in der Natur der Sache, daß man sich bei einer für jene Zeit so ungeheuren Sammlung, wie die vom J. 1549, bestehend aus Schriften italienischer, französischer, teutscher Juristen, welche den verschiedensten Zeitaltern angehören, gern damit begnügte, die vorher schon gedruckten Schriften lediglich abzudrucken, ohne auf Handschriften zurück zu gehen. Es ist dieß auch in der späteren Sammlung vom J. 1584 in dem Maaße geschehen, daß selbst die handgreiflichsten Druckfehler der Sammlung v. 1549 blindlings nachgedruckt wurden; vgl. unten S. 57 Note 75.

4) womit natürlich nur Baldus de Ubaldis de Perusio, Schüler und Zeitgenosse des Bartolus gemeint seyn kann. —

der Irrthum des Sarti leichter, als der des Diplovataccius zu erklären ist.

In dem ganzen Tractate kommen nehmlich nur zwei Citate vor, welche zu dem doppelten Irrthume Veranlassung geben konnten:

do. [dominus] **Bonacursius de urbe**[5])

und

Bal. de aquilone, iudex de Florentia[6]).

Von **Bonacursius de urbe** wird eine Meinung[6a]) kurz referirt; **Bal. de aquilone** aber wird selbstredend eingeführt.

Wenn nun **Bonacursius de urbe** mit Bartolus in irgend eine Beziehung gesetzt werden soll, — mit ihm verwechselt kann er nicht wohl werden! — so müßte man den Bruder des Bartolus, **Bonaccursius**, im Sinne haben; was aber ganz unzulässig ist. Denn wollte man auch den auf diesen Bruder des Bartolus nicht passenden Zusatz: **de urbe** ignoriren, oder durch Annahme einer Corruption aus **de urbino** anpassen, so wäre es doch schlechterdings unglaublich, hier das Citat des wenig bekannten Bonaccursius zu finden, während das seines vielberühmten Bruders Bartolus, welcher gerade bei Gelegenheit der gua-

---

5) Num. 23 des Tractats, unten S. 52.

6) Num. 47 u. Num. 51 des Tractats, unten S. 68, 71.

6a) Aus einem Consilium desselben. —

rentigia von allen späteren Schriftstellern sehr fleißig angeführt wird [7]), fehlen würde.

Noch weniger kann der im Tractate aufgeführte Bal. [8]) de aquilone mit Baldus de Ubaldis verwechselt werden. Denn erstens kommt Baldus de Ubaldis mit dem Beinamen de aquilone niemals vor; zweitens findet sich nirgends eine Spur, daß er je Richter in Florenz war; drittens ist es nicht glaublich, daß er in dieser Materie mit Umgehung des Bartolus citirt werden sollte.

Endlich haben beide Juristen, Bartolus und Baldus, weit zu viel de instrumento guarentigiato gelehrt und geschrieben [9]) und ihre Schriften waren weit zu bekannt und berühmt, als daß man sich in einer ausschließlich diesem Gegenstande gewidmeten Schrift mit den höchst unbedeutenden Anführungen begnügt haben würde, welche in dem tract. de instr. guarentig. auf sie gedeutet werden könnten.

Die Einwürfe von Diplovataccius und Sarti gegen die Aechtheit des Tractats verlieren somit alles Gewicht. [10])

7) M. vgl. nur die Schriften des Ant. de Canario und des Benedictus de Barzis über diesen Gegenstand. —

8) Was eben so gut Balduinus als Baldus gelesen werden kann.

9) Vgl. unten S. 117 — 147.

10) Wenn nun auch spätere Schriftsteller ohne Angabe neuer Gründe ähnliche Zweifel wiederholen, so kann hierdurch der Glaube an die Aechtheit nicht ge-

Es muß vielmehr gerade der Umstand, daß in dem ganzen Tractate zwar die berühmtesten Zeitgenossen des Guido [11]) und der entschieden ältere

---

schwächt werden. So *Rod Suarez* in lectura super L. Post rem iudicatam ff. de re iudic. (in operib. Francof. 1594 f. pag. 572. Num. 7.) » devenienduin est ad decisionem principalis quaestionis, sc. utrum procurator possit petere executionem guarentigiae, quam reperio decidere Bartolum in quodam parvulo tractatu, quem sibi adscribunt de instrumento guarentigiae, incipit *quoniam in civitatibus Thusciae,* ubi tenet, quod procurator non potest petere executionem instr. guarent... ego dixi supra, semper me credidisse et adhuc credere, illum non esse ab eo editum, ut ex eius stilo et fundamentis, quae satis viri insipientiam demonstrant, apparet: ... item allego Bartolum, [für die entgegengesetzte Meinung] qui expresse hanc quaestionem decidit in d. l. *hoc iure*. [sc. ff. de solut. — L. 86. D. 46, 3.] Aehnlich Juan Yañez Parladorio in rer. quotidianar. lib. II. cap. XXII. p. III. §. 2. Num. 1. Ed. Lugd. 1678 f. pag. 144. —

Eben so wenig freilich kann die bei späteren Schriftstellern vorkommende Anführung des Tractats unter dem Namen des Guido als ein sicherer Beweisgrund der Aechtheit gelten. Z. B. Sfortia de Oddis (im J. 1583) und Dominicus Galesius (im J. 1670) in ihren Schriften de restitutione in integrum citiren den Tractat unbedenklich unter dem Namen des Guido de Suzaria. —

11) Odofredus, Franciscus Accursii, Joannes Fascioli, Jacobus de Arena, Martinus de Fano.

Azo, nirgends aber erweislich jüngere Schriftsteller [12]) angeführt werden, als einer der stärksten inneren Beweisgründe für die Aechtheit des Tractats geltend gemacht werden. Derselbe Gegenstand, welchem unser Tractat gewidmet ist, dieselben Fragen, über welche er sich verbreitet, sind auch nach Guido von den bedeutendsten Juristen, in ununterbrochener Reihe, umständlich genug behandelt worden. Ein Blick in die unten S. ff. mitgetheilte Folge von Belegstellen wird dieses leicht bestätigen. Wir wollen hier nur einige Namen hervorheben. Boaterius und Cinus waren selbst noch Zeitgenossen des Guido; ihre Lehrthätigkeit beginnt um dieselbe Zeit, in welcher Guido endigte. Dieser starb gegen 1292. In demselben Jahre war Boaterius schon Professor der Notariatskunst zu Bologna. Cinus hatte schon vor 1304 die Licentiatenwürde erlangt; vom Jahr 1307 an stand er in öffentlichen Aemtern; zwischen 1312 und 1314 schrieb er sein bedeutendstes Buch, den Commentar über den Codex. Bartolus wurde im J. 1334 Doctor, im J. 1339 Professor, nachdem er vorher schon

---

12) Von Bonacursius de urbe und Bal. de aquilone kann ich nichts Näheres angeben. v. Savigny, Panzirolus und die in der Ausgabe des letzteren von Hoffmann (Leipz. 1721. 4.) beigedruckten Schriftsteller über Literargeschichte geben keine Auskunft. Dieß begegnet uns aber auch bei anderen Juristen jener Zeit, welche uns nur dem Namen nach aus späteren Citaten bekannt sind. —

Richterstellen zu Todi und Pisa begleidet hatte. Wer nun die Manier, in welcher literarische Arbeiten jener Zeit sich halten, einigermaaßen kennt, der wird wohl nicht daran glauben, daß solche Autoritäten mit Stillschweigen übergangen werden konnten. Wäre der Tractat de instr. guarentig. nur wenige Jahrzehende jünger, als Guido, so konnte er nicht in dieser dürftigen Gestalt, wie er vor uns liegt, componirt werden; und selbst einzelne Interpolationen können nicht angenommen werden, insofern auch in ihnen jene Autoritäten übergangen seyn würden.

Wenn sonach die angeregten Zweifel über die Aechtheit des Tractats nach seinem Inhalte für beseitigt gelten können, so ist doch die Frage über die Autorschaft allerdings bedenklicher. Es scheint insbesondere leicht, dem Guido die Autorschaft dieser Schrift zu bestreiten, und zwar mit Gründen, welche aus dem Inhalt der Schrift so deutlich hervorspringen, daß es einigermaaßen auffallen muß, wenn sie von Diplovataccius übersehen worden sind.

Liest man nehmlich den ganzen Tractat mit einiger Aufmerksamkeit durch, so kann es nicht wohl entgehen, daß dieses keine zusammenhängende Abhandlung, daß es die eigene Arbeit Eines Autors nicht ist. Schon die auffallenden Wiederholungen, welche in Num. 29, 30. und in Num. 39—42 vorkommen und die unverkennbare Planlosigkeit des Ganzen sind sprechende Beweise für diese Behaup-

tung, welche durch die mitten im Tractate vorkommenden Subscriptionen [13]) und die Redeweise des Textes vollkommen bestätigt wird. So werden **Martinus de Fano** [14]) und **Bal. de Aquilone** [15]) selbstredend aufgeführt, und die mit den Subscriptionen des **Odofredus** versehenen Stellen tragen so viel von dem ganzen Gepräge der barbarischen Darstellungsweise dieses Juristen an sich, daß man sie gern für die eigenen Worte desselben halten wird.

Hieraus schon würde sich der Schluß ziehen lassen, daß keiner der im Tractat genannten Juristen, also auch nicht Guido de Suzaria, der alleinige Verfasser der Schrift ist, daß vielmehr der ganze s. g. Tractat aus den Arbeiten jener einzelnen Juristen zusammengetragen ist. Damit stimmt auch die Unterschrift des Tractats in der Sammlung **Lugd. 1549** überein:

> »**Explicit tractatus de guarentigiato instrumento, diversorum auctorum.**«

Noch bestimmter werden wir über die Beschaffenheit dieser Autorschaft durch eine in Num. **46** des Tractats vorkommende Bemerkung aufgeklärt:

---

13) Des **Guido de Suzaria** in Num. 9 und 13, des **Franciscus Accursii** in Num. 10, des **Jacobus de Arena** in Num. 20, des **Joannes Fascioli** in Num. 23, des **Odofredus** in Num. 32 und 55, des **Martinus de Fano** in Num. 36, des **Bal. de Aquilone** in Num. 51. —

14) Num. 34 des Tractats. —

15) Num. 47 des Tractats. —

»et praedictae omnes quaestiones fuerunt disputatae per sapientes viros sicut superius sunt scriptae, sequitur alia.«

Vergleicht man damit die Form des ganzen Tractats, welche fast durchgehends gerade die Form der Quästionen ist, so ergibt sich hieraus mit vieler Bestimmtheit, daß der Tractat vorzugsweise aus quaestiones disputatae [16]) verschiedener Juristen des XIII. Jahrhunderts zusammengetragen ist. [17])

Den Anspruch auf den Namen eines Tractats erhält diese Compilation nur durch das Proömium: Quoniam in civitatibus etc., durch die in Num. 1. des Tractats der darauf folgenden Reihe von Quästionen vorgesetzte Definition der guarentigia, dann durch einige unbedeutende Einschiebsel zwischen einzelnen Quästionen, z. B. in Num. 23 24. Dem Compilator werden wohl auch die Quästionen, welche

16) Ueber dieselben s. v. Savigny Bd. V. S. 233 — 236.

17) Solche Compilationen waren wichtig, da ohne dieselben die Erhaltung und Verbreitung vieler einzelner Quästionen unmöglich gewesen wäre. Schon frühe wurden daher Sammlungen von Quästionen verschiedener Juristen angelegt. Albericus de Rosciate († 1354) in seinem opus statutorum citirt häufig einen liber magnus quaestionum disputatarum, welcher entschieden mehr Quästionen enthielt, als die von Savigny a. a. O. S. 234 bezeichneten Sammlungen. —

mit eigenen Subscriptionen nicht versehen sind, zugeschrieben werden müssen.

Ob nun die solchermaaßen beschränkte Autorschaft dem Guido de Suzaria gebühre, darüber läßt sich freilich ein Beweis durch guarentigiirte Urkunden nicht führen.

Dafür spricht die Ueberschrift des Tractats in beiden Sammlungen von 1549 und 1584, besonders aber die erstere, lautend:

> **Tractatus de guarentigiato instrumento editus per do. Guid. de suza.**

welche, zusammengehalten mit der oben mitgetheilten Unterschrift, so genau auf die wahrscheinlichen Verhältnisse dieser Autorschaft paßt.

Dagegen scheint eine Stelle in dem **libellus guarentigiarum** des **Benedictus de Barzis** [18]) zu sprechen:

> **Odofredus in quaestionibus guarentigiae in c. I circa fi. ubi dixit, quod, quando potest opponi, quod non habet legitimam personam standi in iudicio, ibi non potest tali personae fieri praeceptum guarentigiae.** [19])

Indessen ist die Autorität des **Benedictus de**

---

18) P. princ. I. quaest. 3. (Tract. Lugd. 1549. vol. V. fol. 286 b. Tr. Tr. Venet. 1584. vol. VI. p. II. fol. 341 b.)

19) Es ist wohl ohne Zweifel unser Tractat gemeint; vgl. Num. 8. desselben.

Barzis selbst, da er über 150 Jahre nach Guido schrieb, wenig bedeutend. Auch ist es leicht zu erklären, wie Barzius irrthümlich dazu kommen konnte, den Odofredus für den Verfasser des ganzen Tractats zu halten, da die letzte Quästion und mit ihr der Schluß des Tractats mit der Subscription des Odofredus versehen ist.

Wohl aber scheint für die Autorschaft des Guido entscheidend, daß gerade eine Stelle, welche am wenigsten einer quaestio disputata, sondern einem Einschiebsel des Compilator gleich sieht, nehmlich Num. 13 des Tractats, mit der Subscription des Guido versehen ist; dann, daß auch die erste Subscription, welche auf das Proömium und die Definition folgt, die des Guido ist.

Ich kann wenigstens zur Zeit keinen hinreichenden Grund finden, dem Guido die bescheidene Ehre dieser Autorschaft zu entziehen, den Tractat selbst aber namenlos zu machen. Für unseren Zweck übrigens ist es ziemlich gleichgültig, von wem die Compilation herrührt, sobald die Aechtheit der einzelnen Stücke, aus welchen dieselbe besteht, zugestanden werden muß.

Unternimmt man nun, die einzelnen Bestandtheile auszuscheiden, so läßt sich dieß folgendermaßen thun. Es gehören

1) dem Guido de Suzaria
   - a. das Proömium,
   - b. die Definition in Num. 1,
   - c. Quästionen von Num. 3 bis 9,

d. Quästionen von Num. 11 — 13,[20])
e. das Einschiebsel in Num. 23 und 24, zwischen Quästionen des Joannes Fascioli und Odofredus,
f. Quästionen von Num. 37 — 46;[21])

2) dem Franciscus Accursii
Quästion in Num. 10;

3) dem Jacobus de Arena
Quästion von Num. 14 — 20;

4) dem Joannes Fascioli
Quästion von Num. 21 — 23;

5) dem Odofredus
a. Quästion von Num. 25 — 32,
b. Quästion von Num. 52 — 55;

6) dem Martinus de Fano
Quästion von Num. 33 — 36;

7) dem Bal. de Aquilone
Consilium von Num. 47 — 51.

Aus der Lebensgeschichte dieser Juristen ist Folgendes anzumerken.

---

20) Doch könnte etwa nur Num. 13 ein Einschiebsel des Guido seyn, indem man alsdann Num. 11 und 12 als mit Num. 14 — 20 dem Jacobus de Arena gehörig betrachten müßte. —

21) Da jedoch von diesen Stücken nur die unter lit. e. und d. die Subscription des Guido tragen, so können sich unter den übrigen freilich auch Quästionen anderer nicht genannter Juristen befinden, selbst wenn man Guido als Compilator des ganzen Tractats gelten läßt. —

1. Guido de Suzaria.[22])
Geboren zu Suzaria, im Gebiete von Mantua.[23]) Seine Lehrer sind unbekannt. Im J. 1260 übernahm er ein Lehramt zu Modena, im J. 1264 war er Professor zu Padua, im J. 1266 zu Bologna, im J. 1270 zu Reggio, im J. 1279 wieder zu Bologna, wo er zwischen 1283 und 1292 starb.

2. Franciscus Accursii.[24])
Sohn des Glossator Accursius. Geboren im J. 1225 zu Bologna, wo er den größeren Theil seines Lebens im Lehramte zubrachte. Von 1274 bis 1281 war er im Dienste des Königs Eduard I. von England. Er starb im J. 1293.

3. Jacobus de Arena.[25])
Ein Schüler und Zeitgenosse des Guido de Suzaria, mit welchem er zugleich vor 1266 in Padua lehrte. Später bekleidete er Lehrstellen zu Reggio, Siena und Neapel. Er starb um 1296.

4. Johannes Fascioli.[26])
Geboren im J. 1223, zu Pisa wo er außer der Professur die ansehnlichsten Stadtämter bekleidete und im J. 1286 starb.

---

22) v. Savigny Bd. V. S. 349 ff.
23) Ebend. S. 352 und Note 74. — v. Spruner's histor. geogr. Handatlas Num. 6. —
24) v. Savigny a. a. O. S. 278 ff. —
25) Ebend. S. 360 ff. —
26) Ebend. S. 449. —

5. Odofredus. (s. oben unter IV.)

6. Martinus de Fano.[27])

Geboren zu Fano, wo er schon im J. 1229 Rechtslehrer war. Später (um 1255) war er Professor zu Arezzo und Modena, im J. 1260 und 1262 Podesta zu Genua. Er starb um 1272.

Der nachstehende Abdruck ist nach der Ausgabe in Tractatus ex variis iuris interpretibus collecti. Lugd. 1549. Vol. V. fol. 283 — 284b, verglichen mit der Ausgabe in Tractatus illustrium.. Ictorum. Venet. 1584. Vol. VI. P. II. fol. 338 — 339b, besorgt worden. *) Da die zahlreichen Citate aus den Rechtsquellen das Lesen des Textes sehr erschweren, so habe ich sie aus dem Texte in Anmerkungen verwiesen.

---

27) v. Savigny a. a. O. S. 431 ff. —

*) Andere Ausgaben sind mir nicht vorgekommen. Namentlich habe ich den Tractat in den gedruckten Sammlungen der Tractate des Bartolus, (vgl. oben Note 10, besonders Parladorio a. a. O.) deren ich mehrere deßhalb durchgesehen, nicht finden können. —

Tractatus de guarentigiato instrumento editus per do. Guid. de suza. [1]

Summarium.

1. *Praeceptum guarentigiae quomodo fiat? Praeceptum guarentigiae vim sententiae habet. Et infra X dies sine aliqua solennitate per iudicem executioni mittitur.*
2. *Contractus contra legem factus contra praeceptum guarentigiae opponi potest. Instrumentum si non valet, nec id, quod ex eo sequitur.*
3. *Exceptio velleiani vel macedoniani an contra praeceptum vel instrumentum guarentigiae opponi possit?*
4. *Promissio si inutilis sit, an contra praeceptum guarentigiae opponi possit? et sub num. seq.*
5. *Exceptio est actionis exclusio.* [2]
6. *Procurator generalis an possit petere instrumentum guarentigiae executioni mandari?*
7. *Exceptio: tu non es judex an contra instrumentum guarentigiae opponi possit? Exceptio talis iudicium retro nullum reddit.*

---

1) Venet. Ausg.: Guidonis de Suzaria de instrumento guarentigiato. —

2) *excussio* in der Lyon. Ausg. ist ein offenbarer Druckfehler. —

8. *Exceptio: tu es bannitus an contra instrumentum guarentigiae opponi possit?*

9. *Exceptio, quod non fuerit servatus ordo nec forma statuti, contra instrumentum guarentigiae opponi potest.*

10. *Statuto si cavetur, quod contra instrumentum non possit ulla exceptio opponi, nisi solutionis et falsitatis, et venditor petat ab emtore pretium, emtor opponit, quod det fideiussorem pro evictione ob quaestionem ei motam de re, an talis exceptio opponi possit?*
Exceptio actioni opponitur.

11. *Agens ex instrumento guarentigiae an praeferatur condicenti contractum simulatum esse?*

12. *Creditor non dicitur, qui ob contractus simulationem removeri potest.*

13. *Restitutionis in integrum causa contra instrumentum guarentigiae petita an ei praeferatur?*

14. *Promittens dare X Titio nomine dotis pro filia sua, futura uxore Titii, et praeceptum ei sit factum auctoritate guarentigiae, ut praedicta faciat, si Titius volebat facere, ut contenta in instrumento exequatur, et ille objiciat, quod matrimonium effectum non habuit, an audiri debeat?*

15. *Promittens sub conditione ea pendente obligatus non videtur.*
Ex conditionali obligatione tantum debitum est spe.

16. *Debitum sub conditione per errorem solutum repetitur conditione pendente.*
Venditor tradens rem venditam sub conditione emtor interim non usucapit nec fructus suos facit.

17. *Hypotheca si nomine debiti sub conditione data sit, ante conditionis eventum agi* 3) *potest.*

18. *Lex municipalis servanda est.*

19. *Conditiones extrinsecus venientes legatum conditionale non faciunt.*

20. *Lex municipalis aliquid operari debet.*

21. *Libellus an sit dandus contra debitorem per heredem eius, qui habet debitorem sibi obligatum ex instrumento guarentigiae, stante statuto, quod de instrumentis guarentigiatis debeat sine libello cognosci? et num. seq.*

22. *Creditor si contra heredes debitoris agat, facienda est interrogatio, an heres sit.*

23. *Persona patris et filii est una persona, heredis cum defuncto eadem est.*
Silentium heredis est defuncti.

---

3) Ist **non** einzuschalten. —

Conditio stipulationis ex heredis persona non mutatur.

24. *Instrumentum guarentigiae uti contra ius commune restringendum est.*

25 *Praeceptum guarentigiae an in debitorem debitoris mei fieri debeat?*

Creditor imaginem creditoris sustinet.

Actiones, quas habet debitor directas, eas creditor utiles habet.

26. *Actio utilis et directa eandem potestatem et effectum habent.*

27. *Quod alterius est, id sine suo facto ad alium non transit.*

28. *Actoris culpa ad eum transit, qui ex persona sua experitur.*

29. *Concesso uno omnia censentur concessa, per quae ad illud pervenitur.*

30. *Obligatio cum sua causa transit, et infra num. 42. Emtor nominis et creditor aequiparantur.*

31. *Iudicis nullae* [4]) *sunt partes in cognoscendo.*

32. *Cessionarius an sine libello sententiam executioni mandet? et infra num. 37.*

33. *Creditor petens debitum vigore intrumenti guarentigiati an praeferatur petenti tale instrumentum simulatum esse?*

---

4) Die Lyoner Ausgabe hat falsch: mille. —

34. *Quaestio si qua emergat vel incidat, super omnibus pronunciandum est.*

35. *Quaestio praejudicialis quae dicatur?*

36. *Creditor non est, qui aliqua exceptione perpetua removeri potest.*

38.[5] *In confessum nullae sunt partes iudicis in cognoscendo.*

39. *Cessionarius cedentis iure uti debet.*

40. *Heres creditoris sine libello praeceptum guarentigiae executioni mandari petere potest.*

41. *Jus idem est de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem.*

42. *Praeceptum guarentigiae adeo debito inhaeret, quod semper accessorium transire facit.*

43. *Beneficium omne debet esse mansurum.*

44. *Creditor numquid possit petere praeceptum guarentigiae contra debitorem sui debitoris, similiter obligatum, executioni mandari?*

Actio utilis directae praefertur.

45. *Excussio an prius fieri debeat, quam actio personalis intentari?*

Libellus in omnibus causis regulariter datur.

---

5) Num. 37 ist in beiden Ausgaben hier übergangen; s. jedoch oben Num. 32. —

46. *Cessionarius an contra correum agat pro rata, an in solidum?*
47. *Instrumentum guarentigiae an exequi debeat, si opponatur usurarium esse?*
48. *Confessioni suae quis contravenire non potest. Statuto plus fieri potest, quam per pactum.*
49. *Pacto quis adstringi non potest ad certum genus probandi, sed per legem sic.*
50. *Sententia pro veritate accipitur.*
51. *Praeceptum guarentigiae in confessum factum locum rei iudicatae obtinet.*
52. *Exceptio, quod res promissa sine mea culpa in rerum natura esse desinit, an contra instrumentum guarentigiae opponi possit?*
53. *Obligatio, quae nulla est, imperio iudicis vel legis potestate non firmatur.*
54. *Exceptio pacti de non petendo contra instrumentum vel praeceptum guarentigiae opponi potest.*
55. *Acceptilatio solutionis vicem obtinet.*

Quoniam in civitatibus et terris Thusciae praecepta seu instrumenta guarentigiae exercentur et lucra advocatorum minuunt, idcirco super his inspiciamus.

1. Praeceptum autem guarentigiae communiter fit sic: quia dicit tabellio et praecipit per sacramentum guarentigiae, quod observent et fa-

ciant, quod promiserunt; et tale praeceptum habet vim sententiae et per iudicem mittitur exequutioni infra decem dies absque iuris solennitate, et cui [huic] instrumento statur, nec potest opponi, nisi exceptio solutionis per aliud instrumentum guarentigiae.

2. Modo solet quaeri: si fiat aliquis contractus contra legem, numquid potest opponi? Respondeo: sic; quia, si instrumentum non valet, nec id, quod ob id sequitur. [1])

3. Sed numquid exceptio velleiani vel macedoniani poterit opponi? Videtur, quod sic, quum etiam post sententiam opponatur. [2]) Sed contra dicerem propter constitutionem digniorem, quae est contra; argum. ff. de iureiur. l. omnes. [3])

4. Sed quid si promissio sit ipso iure inutilis, quod evenit multis modis et causis, [4]) numquid opponi poterit contra instrumentum guarentigiae? Videtur, quod sic, quia, quum principale non valet, nec accessorium valere debet [5]).

---

1) L. non dubium C. de legib. (L. 5 C. 1, 14.) de sac. san. eccl. l. iubemus §. sane. (L. 14 §. 5 C. 1, 2.) de summa trinit. et fid. catho. l. nemo clericus (L. 4 C. 1, 1). —

2) ff. ad Macedon. l. sed et si. (?) soll wohl seyn: L. 11 D. 14, 6. — C. de jur. et fac. ignor. (1, 18) l. prima.

3) Muß heißen: de iustitia et iure. (D. 1, 1. L. 9.)

4) institu. de inutil. stipulat. per totum. (J. 3, 20.)

5) ff. de reg. iur. l. cum principalis. (L. 118 D. 50, 17.)

5. Praeterea ista non est exceptio, cum exceptio sit actionis exclusio. [6]) Econtra quod non, quia excipit factum, ergo est exceptio. [7]) Praeterea lex appellat exceptionem intentionis. [8]) Si vero sit inutilis, de qua nec confessio nec sententia valet, ut quia est impossibilis natura, vel est, qui promisit, pupillus sine tutoris auctoritate, et tunc opponi potest; alias non, quum statim habeat vim sententiae exequutionis et confessionis.

6. Sed numquid procurator generalis potest petere mandari exequutioni instrumentum guarentigiae? Dic: quod non; argum. ff. de procurato. l. si procurator §. primo. [9])

7. Item numquid exceptio: *non estis judex competens* possit opponi? Dic: quod sic [10]); ratio: quia talis exceptio reddit iudicium nullum. [11]) Item, quia statutum tantum prohibet contra praeceptum.

---

6) ff. de exceptio. (D. 44, 1.) l. 2. — C. de iur. et fac. ignoran. (1, 18) l. 1. —

7) ff. de re iudica. (muß heißen: *reg iur.*) l. nemo. ex his §. quotiens. (L. 43 §. 1 D. 50, 17.)

8) l. 2. ff. de exceptio. (D. 44, 1) — de conditio. ob cau. (muß heißen: de condictio. ob turp. cau.) l. qui se debere. (L. 7 D. 12, 5).

9) L. 28. D. 3, 3. —

10) L. fi. ff. de iurisdict. omnium iudicum. (L. 20 D. 2, 1.)

11) C. de iur. et fac. ignoran. (1, 18.) l. prima. —

8. Et idem dico, si opponantur aliae similes exceptiones, ut si dicatur: *non habes legitimam personam standi in iudicio, nec debet reddi tibi ius, quia es bannitus vel excommunicatus*, vel similes exceptiones, quae non opponuntur contra id, quod iam praeceptum est, sed contra id, quod non sit. 12)

9. Item numquid poterit opponi, quod non fuerit ordo servatus nec forma statuti civitatis? Respondeo: sic; arg. ff. de iudi. l. si praetor 13) et C. si cont. ius vel util. pub. l. et si non cognitio 14). *Guid. de suza.* 15)

10. Continetur in statuto, quod nulla exceptio possit opponi contra instrumentum guarentigiae, nisi exceptio solutionis et falsitatis; modo ex instrumento emtionis venditor petit pretium ab emtore, emtor opponit, quod det ei fideiussorem pro evictione, quia est ei quaestio mota de re et sic ad solutionem pretii non tenetur, nisi detur fideiussor, quaeritur an talis exceptio possit opponi? et dic: quod sic; quia petere fideiussorem non est opponere exceptionem ad pretium, quia emtor non negat, quin competat actio venditori cum effectu, sed vult

---

12) C. de codicil. (6, 36.) l. 2. —

13) L. 75 D. 5, 1. —

14) L. 4 C. 1, 22. —

15) Diese Subscription fehlt in der Venediger Ausg.

uti iure retentionis loco pignoris [16]. Unde non videtur exceptionem objicere, quia exceptio objicitur actioni. ff. de except. l. 2. *Fran. Accur.*

11. Pone quaestionem contra guarentigiam, quae signatur C. de hered. act. l. ut debitum. [17] Ecce aliquis agit ex instrumento guarentigiae, cui per capitulum statuti hae solum possunt opponi exceptiones et non plures, scilicet solutionis, compensationis et falsitatis. Ex adverso opponitur agenti secundum modum agendi, quod contractus est imaginarius, et condicitur instrumentum tanquam simulatum et inefficax. Quaeritur modo, quis praeferatur et quis praecedat, an ille, qui agit ex instrumento guarentigiae, an ille, qui dictum instrumentum condicit tanquam simulatum? et facit praedicta l. *ut debitum*, quod iste sic condicens praeferatur, non obstante dicto capitulo [18].

---

16) argu. ff. de aedil. edic. l. quod si nolit. §. idem Marcellus. (l. 21 §. 8. D. 21, 1.) et de actio. emti. l. Julianus §. offerri (l. 13. §. 8. D. 19, 1.)

17) L. 5 C. 4, 16. —

18) et facit etiam ff. d. quaestionib. l. 1. §. si quis dicatur (l. 1. §. 15. D. 48, 18.) de actio. et obliga. l. contractus (l. 54. D. 44, 7.) C. de libe. cau. l. data. (Der Titel de liberali causa [7, 16.] hat keine l. data.) — ff. de judi. l. qui prior (l. qui appellat prior, d. i. l. 29 D. 5, 1.)

12. Et non dicitur creditor, qui taliter removeri potest, [19]) quod est notandum.

13. Et haec valent ad quaestionem istam: Aliquis in modum exceptionis contra instrumentum implorat in integrum restitutionem, puta quia minor contraxit, qui contrahere non poterat, quae quaestio restitutionis procedit. Posset tamen allegari, quod causa instrumenti esset praeferenda per praedictum capitulum statuti, quod exceptiones tantum praedictas permittit et non istam, quod statutum est stricti iuris et interpretationem non recipit [20]). In hac solutione dicit Azo: si emergant simul et semel, super ambabus est procedendum; tamen primo pronunciatur super principali, quam super incidenti. *Martino de fano* placet ista sententia *Guido. de suza.* [20a])

14. Noviter quaero nunc de facto: Ecce paterfamilias promisit solvere et dare Titio X nomine dotis pro B, filia uxore futura dicti Titii, et praeceptum est ei auctoritate et nomine guarentigiae secundum formam statuti illius terrae, ut praedicta faciat, et in capitulo dicti statuti continetur, quod contra instrumentum nulla pos-

---

19) ff. de verbo. significa. l. creditores. (l. 10. D. 50, 16) et l. creditor (l. 55 eod.)

20) ff. de mun. et hono. l. ut gradatim §. et si lege. (l. 11. §. 1. D. 50, 4.)

20a) Guido de suza. fehlt in der Venediger Ausgabe.

sit opponi exceptio, nisi solutionis. Venit ipse Titius maritus futurus B, et volebat facere, p aecipi isti, ut contenta in instrumento faciat et observet. Ille objicit et dicit, quod non est sequutum matrimonium, et sic dicit se non teneri, cum videatur inesse tacita conditio in promissis, scil. si matrimonium fuerit sequutum [21]; ideo datum repeti potest [22].

15. At qui sub conditione promisit, non videtur obligatus ea pendente [23]. Ex conditionali enim obligatione tantum est debitum spe [24].

16. Debitum enim sub conditione per errorem solutum repetitur conditione pendente, per quod patet, non esse debitum interim [25]. Item

---

21) ff. de iur. dot. l. si stipulatio; muß heißen: l. stipulationem. (L. 21. D. 23, 3.)

22) ff. de iure dot. l. in rebus §. si res; muß heißen: §. si re (L. 17 § 1 D. 23, 3.) et l. non est. (l. non est existirt nicht.)

23) ff. si cert. peta. l. non omnis. (l. 19 D. 12, 1.) et l. pecuniam (l. 36 eod.) et de verbo. obli. l. 10.

24) institu. de verbo. obliga. §. sabini (existirt nicht; vielleicht §. at si, i. e. §. 3.) et §. sub conditione. (§. 4. J. 3, 16.)

25) ff. de condict. indeb. l. sub conditione (L. 16 D. 12, 6) et l. licet II respon. (muß heißen l. licet. de iure dot. d. i. l. 43 D. 23, 3.) et l. plerumque §. sin autem. (muß heißen: §. si ante d. i. l. 10. §. 4 eod.)

si rem venditam sub conditione tradat venditor ſub conditione, non usucapit pro emtore interim nec facit fructus suos [26].

17. Item si fuit data hypotheca nomine debiti sub conditione, tamen non potest agi ante eventum conditionis [27]. Non obstat, quod in statutis dicatur, quod nulla exceptio possit opponi contractui guarentigiae, quia hic Titius nullam exceptionem opposuit, sed dicit, se non esse obligatum; nam si vellet, nullam posset exceptionem opponere; nam actor nullam habebat actionem et exceptio est actionis exclusio [28].

18. Econtra videtur, quod per verba statuti guarentigiae, quod est lex municipalis, nullam exceptionem opponere possit, nec exceptuatur aliqua [29] a statuto guarentigiae et lex municipalis servanda est ut jacet [30]. Item nulla potest objici exceptio, ergo nec ista, quia verbum generaliter prolatum generaliter est intelli-

---

26) ff. de pericu. et com. rei vendi. l. si pendente. (muß wohl heißen: si per empt. d. i. l. 5. D. 18, 6.) et pro soc. (D. 17, 2.) l. 2. (?)

27) ff. de pigno. l. grege §. si profecto. (muß wohl heißen: §. si sub condit. d. i. l. 13 §. 5 D. 20, 1.)

28) ff. de except. (D. 44, 1.) l. 1. (muß wohl heißen: l. 2.)

29) sc. exceptio.

30) ff. quod vi aut clam. l. prohibetur. §. non tantum. (muß heißen: l. prohibere d. i. l. 3. §. 3. D. 43, 24.)

gendum [31]), praeterea ista est exceptio intentionis, ut dici consuevit de illo, qui convenitur, postquam solvit.

19. Item conditiones extrinsecus venientes non faciunt legata conditionalia [32]). Item, quod creditor conditionalis mittitur [33]) in possessionem [34]); porro, quum creditorem esse constet, qui sub conditione stipulatus est [35]), et creditorem etiam conditionalem appellamus [36]).

20. Tertio, quia lex municipalis generaliter intentata circa guarentigiam debet aliquid operari et addere ultra quam sit de iure communi [37]); sed de iure communi obtinet, quod primo allegatum. Ex vi ergo et potestate guarentigiae aliqua exceptio et defensio praeterquam in statuto

---

31) ff. de servi. urb. praed. l. qui aedificium, alias incipit: si servitus. (l. 22. 23. D. 8, 2.) et de lega. praestan. l. 1. § generaliter. (l. 1 §. 1 D. 37, 5.)

32) ff. de conditio. et demonstra. l. conditiones, quae extrinsecus. (muß heißen: l. conditiones extrinsecus d. i. l. 99 D. 35, 1.)

33) so in der Venediger Ausg.; die Lyoner hat offenbar falsch: nititur.

34) ff. quib. ex cau. in poss. ea. l. in possessionem. (l. 6 D. 42, 4.)

35) ff. de actio et obliga. l. is cui. (l. 42 D. 44, 7.)

36) ff. de verbo. obliga. l. creditor. (Dieser Titel [D. 45, 1] hat keine l. creditor.)

37) ff. de lega. I. l. si quando. (l. 109) ad munic. (D. 50, 1) l. 1. (?)

nominatae admitti non debet, ff. de iure dot. l. si stipulatus [38]. *Jaco. de are.*

21. Pone, quod continetur in statuto, quod de instrumentis continentibus guarentigiam debeat sine libello cognosci; quidam creditor habens debitorem suum sibi obligatum ex instrumento guarentigiae moritur herede relicto; heres agit, ut mandetur exequutioni instrumentum guarentigiae contra debitorem vel eius heredem secundum formam statuti; opponitur, quod actio ab herede et contra heredem debet proponi per libellum et petitionem [39], praeterea sine actione nemo experitur [40].

22. Item si agit creditor contra heredes debitoris, ab herede ante litis contestationem est facienda interrogatio, utrum sit heres [41], ergo dandus est libellus et non procedendum alia forma; et si aliter fieret, inepte procederetur et ageretur et sic absolvendus est [42]. Econtra vi-

38) l. si stipulatus existirt in diesem Titel (D. 23, 3.) nicht. --

39) per auct. offeratur (C. 3, 9.) et per l. negantes et per tot. tit. de eden. (C. 2, 1. — D. 2, 13.) Die l. negantes kann nur l. 9 C. de oblig. et action. (4, 10.) seyn.

40) ff. de nego. gest. l. si pupilli §. fin. (L. 6 §. 12 D 3, 5.)

41) ff. de interrog. act. (D. 11, 1.) l. 1 et l. cum de aetate. (l. 11) §. 1. et 2. — de iu. codicillo. l. quidam referunt. (l. 14. D. 29, 7.)

42) ff. si men. fal. mo. dixe. (D. 11, 6.) l. 1.

detur, quod guarentigia habet locum in heredibus et contra heredes et quod libellus non sit dandus, nec super his lis contestari, sed procedi super ista guarentigia secundum formam legis municipalis;

23. nam persona patris et filii est una [43], et etiam persona heredis est eadem cum defuncto [44]. Item silentium heredis est defuncti [45], quia ex persona heredis conditio stipulationis non mutatur [46]. Item facit ad quaestionem istam decidendam ff. de reg. iu. l. heredem [47] et eod. titu. [48] l. ex contractu paterno [49], quae lex hanc opinionem determinat, et hoc tenendum est. *Joan. fascioli.*

Item facit pro hac opinione, quia hoc instrumentum guarentigiae et ipsius poena est statuta a lege vivente, de hoc tamen habes ff. quod quisque iur. l. si quis § quod autem [50]. Sed dominus *Bonacursius de urbe* dicit

---

43) C. de instit. et substi. l. si (l. 9 C. 6, 25.)
44) auct. de iureiuran. a mo. praest. §. 1. (Nov. 48.)
45) C. de his, qui. ut indi. l. polla. (l. 2 C. 6, 35.)
46) ff. de verb. oblig. l. stipulatio §. ex his. (muß heissen: l. stipulationem, d. i. l. 2 §. 2 D. 45, 1.) — ff. de pigno. actio. l. si necessarias §. penul. (l. 8 §. 4 D. 13, 7.) de probat. l. pactum. (muß heißen: l. si pactum. d. i. l. 9 D. 22, 3.)
47) L. 59 D. 5o, 17. —
48) Muß heißen: de re judic. —
49) L. 44 D. 42, 1. —
50) L. 3 §. 5 D. 2, 2. —

contrarium et dicit, quod dandus est libellus et lis debet contestari, quia non debet extendi ultra quam ad personas principales;

24. cum enim instrumentum guarentigiae sit contra ius commune, tanquam ambitiosum est restringendum potius quam laxandum [51]), et ideo consuluit petitionem actoris esse necessariam contra heredem iuris ordine servato.

25. Nota quaestionem de facto circa guarentigiam, quae sumitur C. quae res pigno. obli. poss. l. qui filium [52]) super verbo *accepit*, quae talis est. Pone: aliquis erat debitor debitoris mei ad X, volo ipsum convenire et debitor meus est mihi obligatus ex instrumento guarentigiae; opponit mihi debitor debitoris mei et dicit: bene est verum, quod sum debitor debitoris tui, et etiam ipse ex aliqua quantitate est mihi obligatus, quare libellum peto super hoc offerri, et dico, guarentigiam in aliquo mihi non praeiudicare, quia res inter alios acta etc; quaeritur, quid iuris? et quod debeat fieri petitio guarentigiae in debitorem mei debitoris probatur, nam creditor sustinet imaginem debitoris [53]). Item

---

51) l. quod contra. de legi. (l. 14 D. 1, 3.) de mi. l. denique in prin. (l 3 D. 4, 4.)

52) Muß heißen: l. qui filios, d. i. l. 6 C. 8, 17. —

53) C. de praescrip. XXX. anno. l. cum noti. §. sed cum illud. (l. 7 §. 2. C. 7, 39.)

actiones, quas habet debitor directas, creditor habet eas utiles [54]); et sic una [et] eadem persona censeretur debitor et creditor in petendo, quod debitori debetur. Item si habet utilem et debitor directam, per eam actor debet consequi, quod debitor per suam prius non consequitur, etiam amplius sibi, quam illi, minus non, quia habet utilem, ut ex praemissis patet,

26. quia utilis et directa eandem potestatem habent et effectum [55]). Item cum sit eiusdem potestatis et effectus utilis et directa, eadem privilegia debet habere, ut illi, qui sunt eiusdem tituli [56]). Item ex facto debitoris suus creditor habet ius contra debitorem sui debitoris; et id sine aliis probationibus patet.

27. Nam quod alterius est, id sine facto suo ad alium non transit [57]), et sic quasi singularis successor est eius iuris; si igitur est singularis successor, sic unus ab alio posset consequi, ut ille, cui succeditur [58]); et quia una et eadem persona censentur heres et defunctus [59]),

---

54) C. quae res pigno. obliga. poss. l. nomen. (l. 4 C. 8, 17.)

55) ff. de neg. gest. l. actio. (l. 47. D. 3, 5.)

56) ff. de privile. credi. l. privilegia. (l. 32 D. 42, 5.)

57) ff. de reg. iur. l. id quod nostrum (l. 11 D. 50, 17.)

58) ff. de reg. iur. l. heredem (l. 59 D. 50, 17.) cum similibus.

59) ut in auctenti. de iureiuran. a mo. prae. (Nov.48.) circa princ.

ita singularis in iure singulariter [60]), ut sit idem ius de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum [61]).

28. Item culpa actoris transit ad eum, qui experitur ex sua persona [62]). Item debet ex sua persona commodum transire, ut sit contrariorum eadem disciplina [63]), nam transit in commodum [64]). Item ius competit [65]) debitori, si detur guarentigia ad ius, ad quod alias transit, non deficit cum omni auxilio beneficii sui guarentigiae [66]), propter quae iura et rationes potest manifeste doceri, quod ille creditor potest uti guarentigia ex persona sui debitoris.

29. Itcm alia ratione: quia, quando alicui aliquid a iure conceditur, omnia videntur esse

---

60) Soll wohl heißen: singulari.

61) ff. si quis cau. l. sed et si quis §. Item quae cum his (muß heißen: §. item quae. [ritur] cum quis d. i. l. 4 §. 5 D. 2, 11.) et de pact. l. si tibi §. pactum (l. 17 §. 5 D. 2, 14.)

62) C de acquiren. possess. l. vitia. (l. 11 C. 7, 32.)

63) arg. ff. de procura. l. pomponius §. sed is. (l. 40 §. 2. D. 3, 3.)

64) ff. de do. ex. l. apud § de aetate (muß heißen: § de auctoris d. i. l. 4 §. 27 D. 44, 4.)

65) competens? Der ganze Satz ist so corrupt, daß der Sinn desselben nur mit Hilfe des Citats (l. 68 D. de reg. iur.) errathen werden kann.

66) ff. de reg. iur. l. de omnibus (muß heißen: l. in omnibus d. i. l. 68 D. 50, 17.)

concessa, per quae pervenitur ad illud [67]), et id est concedendum sicut conceditur contrarium eius, ut, quando aliquid prohibetur, et id videtur esse prohibitum, per quod ad illud pervenitur [68]). Nam si creditor habet actionem ad debitum, habet cum guarentigia, per quam pervenitur ad illud debitum, nam habet actionem, ut debitum petere possit.

30. Item ipsa guarentigia ideo adhaeret [69]) iuri sive actioni competenti ad debitum, quod debet transire ad eum, qui habet bona obligata dicti debitoris, cum obligatio transeat cum sua causa [70]). Nam ipsa guarentigia emtionem nominis sequitur et emtor nominis et creditor aequiparatur [71]). Item ipsa guarentigia operatur ipsam solutionem debiti celeriter et a iure prohibetur materia dilationum [72]). Sic quum ipse concesserit creditori debitum petere, conceditur etiam ipsa guarentigia causa vitandi dilationem, et non potest contradicere: statutum est stricti iu-

---

67) ff. de procura. l. ad rem legatam; (muß entweder heißen: ad rem mobilem, d. i. l. 56 D. 3, 3. oder l. ad legatum, d. i. l. 62. eod.)
68) ff. de spon. l. oratio. (l. 16 D. 23, 1.)
69) Soll wohl heißen: adeo inhaeret. —
70) ff. de pigno. actio. l. si convenerit §. si fundus. (l. 18 §. 2 D. 13, 7.)
71) ff. de her. vel act. ven. l. postquam. (Muß heißen: C. de her. etc. d. i. l. 7 C. 4, 39).
72) C. de tempo. apel. (7. 63.) l. 2. —

ris et non recipit interpretationem; quia hoc statutum non interpretatur quis, quia petitur fieri praeceptum guarentigiae, tanquam sit in persona petentis contra praeceptum, sed sui debitoris, cuius iure fungitur ipse creditor et habet imaginem suam, ut in praedictis legibus apparet evidenter [sic]. Non enim potest dici beneficium personale, quod [73]) adeo inhaeret ei, ut in alium non transeat, quia transit ad alium, puta cessionarium et heredem, quod alias non transiret, ut est in beneficiis personalibus [74]).

31. Item pro his: si debitor debitoris mei confiteatur, ad quid daretur libellus, cum mille [75]) sint partes iudicis in cognoscendo [76]). Sed certum videtur, quod debeat dari libellus non obstantibus aliis supra scriptis; et quia res inter alios acta etc, et quia statutum loquitur inter contrahentes tantum, et quia non excipitur debitor debitoris mei, tenetur mihi scilicet ex obligatione, et sic non habet locum capitulum.

32. Sed quid in eo, qui habet iura cessa, numquid sine libello mandat sententiam exequutioni? et videtur, quod sic, per praeallegata iura et quia eum in suum locum ponunt et sic

---

73) Lyoner Ausg. quia. —

74) ff. de pac. l. juris gentium §. pactorum. (l. 7 §. 8 D. 2, 14.)

75) Muß heißen: nullae. Beide Ausg. aber haben mille.

76) ff. ad leg. aquil. l. proinde (l. 25 D. 9, 2.)

eodem iure uti debet [77]. Sed tamen dic contrarium, cum solum inter contrahentes loquatur capitulum, nec sit extendendum, sed stricte intelligendum [78]. Solutio: quod non debet dari libellus, rationibus supradictis. *Odofredus.*

33. Pone quaestionem emergentem de facto quotidie, pone, quod donasti mihi fundum, habeo beneficium agendi ex iure municipali, ex lege nova civitatis Eugubii, quae in terris Thusciae vocatur guarentigia, quae ita dicit, *quod si qua persona debitum petierit, de quo publicum appareat instrumentum, quod debitor ad nullam exceptionem admittatur, nisi solutionis, prorogationis etc, quae opponatur et probetur infra X dies.* Donator autem vel promissor videns, quod ille contractus est simulatus, proponit, antequam agatur, contra eum, dicens instrumentum simulatum et sic condicit [78a] libellum, condicens instrumentum debiti inefficax; creditor autem, dum concepisset sibi libellum contra eum, petit instrumentum debiti exequutioni mandari secundum formam legis novae. Opponitur ex adverso, quod illa quaestio de condictione instrumenti est praeferenda, cum condicto instrumento sua petitio evanescat. Modo quae-

---

77) ff. de reg. iur. l. qui in ius. (l. 177 D. 50, 17.) de contrahenda emt. l. alienatio. (l. 67 D. 18, 1.)

78) ff. qui et a quib. l. prospexit. (l. 12. D. 40, 9.)

78a) soll wohl heißen: concipit. —

ritur, quae quaestio sit prius praeferenda et terminanda? et certe, licet lex nova dicat, quod nihil opponi possit, nisi etc. et sic videatur, quod condictio non procedat, cum statutum sit stricti iuris et a verbis non est recedendum, ut multis legibus vulgaribus probatur,

34. et allegatur dominus Azo in summa dicens, quod, si emergat aliqua quaestio vel incidat, quod simul et semel super ambabus est procedendum, tum tamen primo pronuncietur super principali, quam super emergenti vel incidenti. Unde in hac quaestione et similibus mihi *Martino de fano* videtur, quod causa condictionis instrumenti sit praeferenda, quia, si probabitur imaginarium fuisse contractum debiti, nullus probabitur ipso iure [79]), cum illa sit quaestio praeiudicialis alterius quaestionis, utraque [itaque?] debet praecedere, utpote quum principaliter moveatur [80]);

35. praeiudicialis est illa, quae non dico iure actionis, sed ope exceptionis tollit alteram, ut nulla sit ipso iure, sicut est exceptio vel accusatio de falso [81]).

---

79) ff. de actio. et obliga. l. contractus imaginarii. (l. 54 D. 44, 7.)

80) ff. de iudi. l. qui prior. (l. 29 D. 5, 1.)

81) C. de offi. recto. provin. l. penul. [?] (l. 13 C. 1, 40.) et de quaest. l. si quis. (l. 12 D. 48, 18.) et l. nullus (soll wohl heißen: l. unius D. i. l. 18 eod.) §. penul. [?] et l. 1 §. si quis. (l. 1 §. 15 eod.)

36. Primum capitulum statuti non obstat, quod dicit ut supra, quia ipse non est creditor, qui aliqua exceptione perpetua removeri potest, ut ipse potest, cum possit condici instrumentum ipsum appellando simulatum [82], quod est notandum. Et haec valent ad quaestionem, puta si in modum actionis vel exceptionis contra instrumentum imploratur restitutio, puta quia minor contraxit cum persona, quae [qui?] contrahere non poterat, quod quaestio restitutionis praecedere debeat aliquo non obstante, per iura praeallegata. *Marti. de fano.*

37. Circa guarentigiam quaeritur: plures sunt rei debendi ex instrumento guarentigiae obligati, contra unum est actum et exactum insolidum a creditore et iura cessa contra correos in solidum. Est modo quaestio: numquid cessionarius possit instrumentum guarentigiae exequutioni mandare sine oblatione libelli? et haec prima quaestio. Secunda quaestio est: pro qua parte, utrum pro [toto, ?] sua parte tantum deducta, an pro rata cuiuslibet? Ad primam videtur, quod sine datione libelli ad petitionem cessionarii debeat praeceptum guarentigiae exequutioni mandari ex forma capituli guarentigiae, quo dicitur inter alia, *quod omnia praecepta gua-*

---

82) ff. de verb. oblig. l. creditori; (muß heißen: de verb. sign. l. creditor d. i. l. 55. D. 50, 16.)

rentigiae in confessum quemlibet facta de facto mandentur exequutioni sine libelli oblatione. Item quia capitulum pro lege debet servari [82a]) et sic, cum indistincte loquatur, praeceptum guarentigiae est exequutioni mandandum indistincte; nam ubi lex non distinguit, nec nos etc [83]). Item si voluissent auctores capituli, quod tantum haberet locum inter contrahentes, dixissent nec neglexissent [84]); loquitur enim capitulum de praeceptis exequutioni mandandis, et sic generaliter est intelligendum, ut generaliter prolatum [85]).

38. Potest etiam probari per argumenta expressa: et primo, quia in confessum nullae sunt partes iudicis in cognoscendo [86]), videtur namque debitum iam confessi et convicti per tale praeceptum a notario factum, qui per statutum vendicat sibi partes iudicis. Et sic, cum iste cessionarius in locum creditoris succedat, poterit, sicut creditor poterat, hoc praeceptum

---

82a) ff. de legi. (D. 1, 3.) in fi. — ff. com. praedi. l. venditor § constat. (muß heißen: § si constat, d. i. l. 13 §. 1. D. 8, 4.)

83) ff. de postul. l. quos prohibet. (l. 7. D. 3, 1.)

84) ff. de iniur. l. Item apud. § hoc edictum. (l. 15. § 26. D. 47, 10.)

85) ff. de leg. praestan. l. 1. §. generaliter. (l. 1 §. 1. D. 37, 5.)

86) ff. ad. l. aquil. l. proinde. (l. 25 D. 9, 2.) de iudi. l. si debitori (l. 21 D. 5, 1.)

exequutioni mandare, ut supradictis legibus et C. de execu. rei iudi. l. fi. [87]), cum confessus fuerit iste reus;

39. nam cessionarius uti debet iure cedentis [88]), et qui in ius succedit alterius, eo iure uti debet, sive sit singularis successor, sive universalis [89]).

40. Et in eo, quod de successore universali dictum est, sopita est quaestio et expedita, nam filius et heres creditoris et heres extraneus potest petere sine libello praeceptum guarentigiae exequutioni mandari, quia persona patris et filii una persona censentur et coheredes defuncti [90]), de quibus consuevit aliquando dubitari.

41. De singulari successore constat per iura supra allegata et etiam, quia idem ius debet esse de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem [91]). Item, quum aliquid mihi con-

---

87) L. 9 C. 7, 53. —

88) C. de her. vel actio. vendi. l. emtor nominis; muß heißen: l. emtor hereditatis, d. i. l. 5 C. 4, 39.) et l. postquam. (l. 7 eod.)

89) ff. de reg. iur. l. qui in ius. (l. 177 D. 50, 17.) de contrahen. emt. l. alienatio. (l. 67 D. 18, 1.)

90) C. de impub. et ali. substi. (C. 6, 26.) l. fi. — et in auct. de iureiuran. a mo. praest. (Nov. 28) in princ.

91) ff. si quis cau. l. sed et si quis §. item quae. (l. 4 §. 5 D. 2, 11.) de pactis. si tibi §. pactum (l. 17 §. 5. D. 2, 14.)

ceditur, etiam ea videntur concessa, per quae pervenitur ad id [92].

42. Praeterea praeceptum guarentigiae adeo inhaeret debito sive iuri competenti ad debitum, quod semper transire facit accessorium; transit namque obligatio cum sua causa [93]. Item video, quod creditor sustinet imaginem debitoris [94], et cum guarentigia sit beneficium, non debet deficere [95],

43. et dicitur etiam, quod omne beneficium debet esse mansurum [96], nam dictum libellum dare est materia dilationis, quae est tollenda [97].

44. Et haec omnia possunt allegari in alia quaestione, qua quaeritur, numquid creditor possit petere praeceptum guarentigiae exequutioni mandari contra debitorem sui debitoris, qui sit similiter obligatus, et est fortior et maior dubitatio, et posset dici, quod sic, ra-

---

92) de procura. l. ad rem et l. ad rem legatam. (S. o. Note 67.)

93) ff. de pigno. actio. l. si convenerit §. si fundus. (l. 18 §. 2 D. 13, 7.)

94) C. d. praescri. XXX anno. l. cum noti. (l. 7 C. 7, 39.)

95) ff. de reg. iur. l. in omnibus causis in fi. (l. 68 D. 50, 17.)

96) ut in auct. constit. quae de digni. [Nov. 81.] §. 1.

97) C. d. tempo. appella. (7, 36.) l. 2.

tionibns supradictis, et etiam possent ad hoc plures leges adduci, ut ff. de pigno. actio. l. si convenit [98]), C. quae res pigno. obliga. poss. l. nomen [99]), et utilis actio competit creditori contra debitorem sui debitoris et utilis praefertur directae [100]);

45. licet multum videatur obstare [101]), quae dicunt excussionem debere fieri et postea agi personali. Econtra videtur, quod debeat dari libellus, nam regulariter in omnibus causis dari debet [102]). Non obstat capitulum guarentigiae, nam loquitur inter contrahentes, et sic necessarie intelligitur, nec potest extendi nec ad similia trahi, quia contra ius commune et rationem iuris [103]); et etiam est odiosum et odiosa sunt restringenda [104]). Sed ex vi solum inter contrahentes debet intelligi, quia inter eos hoc fuit praeceptum et res inter alios acta etc [105]); ex nost-

---

98) L. 18 D. 13, 7. —

99) L. 4 C. 8, 17. —

100) ff. de mi. l. inter; die Venediger Ausg. hat richtiger: l. intra, d. i. l. 39 D. 4, 4. —

101) auct. hoc ita si debitor. C. de pign. (8, 15.) Muß heißen: auct. hoc si debitor.

102) C. de lit. conte. (3, 9.) auct. offeratur.

103) ff. de legi. l. quod contra. (l. 14 D. 1, 3.)

104) ff. de libe. et posth. l. cum quidam (l. 19. D. 28, 2.)

105) C. res int. ali. act. (7, 60) in rub. et in gl.

ris contractibus nos et nostri heredes tenemur [106]); et etiam, quod libellus offerri debeat, alia ratione subtili insistendo, qua de causa petat cessionarius praeceptum guarentigiae fieri, non video ex vi exequutionis, quia notarius non praecepit, ut isti solveretur, nec de eo cogitabatur et ea sola veniunt in iudicio, arbitrio et transactione [107]), unde, cum iste non fuerit confessus nec de eo cogitabatur, non proderit praeceptum guarentigiae sibi. Nec est verisimile, quod de cessionario fuerit cogitatum, et optime facit de contrahen. emt. l. 1 [108]), nec potest servari, sed id, quod dictum est, ita debet servari [109]). Et haec omnia possunt allegari pro parte creditoris [debitoris?] et potest etiam quaeri, quid iuris sit, si pronunciata fuit tenuta et exequutio facta in bonis debitoris?

46. Et maiorem dubitationem habet secunda quaestio; quaeritur, pro qua parte possit cessionarius contra correum experiri, utrum

---

106) ff. de actio. et obliga. l. obligamur ex contractu. (Muß wohl heißen: l. ex contract. [ibus], d. i. l. 49 D. 44, 7.)

107) C. de transac. l. si decreta. (Muß wohl heißen: l. si de certa d. i. l. 31 C. 2, 4.) de iudi. l. non quemadmodum. (l. 35 D. 5, 1) de arbit. l. si cum dies § plenum. (Muß wohl heißen: l. quid tamen si §. plenum, d. i. l. 12 §. 6 D. 4, 8.)

108) L. 1 D. 18, 1. —

109) ff. qui et a quib. l. prospexit. (l. 12. D. 40, 9.)

in solidum, tantum sua parte deducta, an pro rata? et videtur pro rata contra quemlibet correum et non ultra; ad hoc faciunt plures leges [110]. Econtra videtur, quod insolidum contra quemlibet, nam qui in ius succedit alterius, eodem etc, ut in praecedenti quaestione. Quid enim esset dicere, quod ex cessione facta non posset consequi solidum sua parte tantum deducta, sicut poterat ille, qui cessit, ne sit peioris conditionis, quam extraneus? imo videtur in solidum, nulla parte deducta, sicut poterat ille, qui cessit, ne sit peioris conditionis quam extraneus; imo, cum fuerit gravatus executione in solidum, relevetur in hoc, quod possit in solidum experiri, arg. ff. de iureiu. l. eum qui [111]; et leges, quae fuerunt in contrarium allegatae, loquuntur, an in solidum debeat fieri, sed hic iam facta erat insolidum; et etiam, quando fuerat renunciatum, quod hic bene fuit, quod fieri potuit, cum unicuique etc, ut l. si quis in conscribendo de pact. C. [112]), et hoc est terminatum

---

110) de pecul. l. quaesitum §. sed si velit. (l. 30 §. 3 D. 15, 1.) — ad leg. rho. de iac. (D. 14, 2.) l. 1 et 2 in prin. — de tu. et ra. dis. l. cum pupillus. (l. 21 D. 27, 3.) — de admini. tuto. l. si plures. (l. 3 D. 26, 7.) cum concordantibus ibi notatis. —

111) L. 30 D. 12, 2. —

112) L. 29 C. 2, 3. —

per glos. C. de duob. re. l. 1 [113]). Item video, quod sine cessione habet reus contra conreum actionem, cum videantur invicem fideiubere [114]); ergo quid operabitur cessio? secundum eos nihil; sed quid operatur in solidum possit? ut aliquid accrescat [115]). Et praedictae omnes quaestiones fuerunt disputatae per sapientes viros sicut superius sunt scriptae; sequitur alia.

57. Arrigus olim Diotiguarda et Fre. [dericus] Gre. [gorii?] confessi fuerunt, se mutuo habuisse seu recepisse ab Alderico CXXIII florenos auri, quos reddere promiserunt certo termino iam elapso, ut continetur instrumento guarentigiae inde confecto manu notarii. Postea iudex in exequendo praeceptum guarentigiae praecepit dicto Arrigo, quod deberet dare procuratori dicti Alderici CXIII [116]) florenos auri illinc ad X dies, reservatis sibi olim exceptionibus, si quas vellet opponere; infra dictum tempus X dierum dictus Arrigus opposuit infrascriptam exceptionem, videlicet dictum instrumentum esse usurarium et in fraudem usurarum fuisse concep-

---

113) Soll wohl heißen: l. 2. (Gl. ad v. *iuvare* l. 2 C. 8, 40.)

114) ff. ad vellei. l. mulier. (l. mulier existirt nicht; vielleicht l. si mulier, d. i. l. 14 D. 16, 1.?)

115) arg. de leg. I l. si quando. (l. 109 D. h. t.) de usu l. si stipulatus (l. 4 D. 22, 1.)

116) Soll wohl heißen: CXXIII.

tum et simulatum. Quaeritur modo: utrum dictum instrumentum debeat exequutioni mandari, non obstante exceptione proposita, an vero obstet dicta exceptio ita, quod exequutioni mandari non debeat? Et in quaestione praedicta videtur mihi *Bal. de aquilone*, iudici, et ita consulendo dico, quod, non obstante exceptione praedicta, maxime forma, qua fuit proposita, debet exequutioni mandari. Et quidem praedicta exceptio et omnes aliae prohibitae sunt ex forma statuti guarentigiae, exceptis quibusdam contentis in eo, inter quas praedicta non numeratur, et sic sub rubrica continetur; est enim rubrica posita per signum universale negativum, scil. nulla exceptio iuris vel facti, et sic omnes exceptiones negantur, nisi exceptuatae in praedicto statuto, sicut ex rubrica et signo universali patet [117]. Exceptio contra rubricam formatur in auct. de non ali. §. ubi autem [118] et sic videntur omnes exceptiones remotae iuris vel facti; per statutum videtur confirmari instrumentum guarentigiae in tantum, quod habeantur pro veris in casibus in eis contentis et nihil possit opponi;

---

117) ff. de reg. iur. l. 1. — eod. tit. l. invitus (l. 156.) in prin. — l. omnes (l. 131) — l. nemo §. nunquam, (? — vielleicht l. 43. eod. welche jedoch keinen §. nunquam hat.)

118) Muß wohl heißen: § ut autem, d. i. Nov. 7. cap. 2.

48. et hoc etiam per legem fit sic quandoque, ut aliquis non possit venire contra confessionem suam nisi certo termino [119], statuta autem sunt quaedam tacita pactio [120], ut notatur C. de decur. [121] super rub. [122], et si aliquid statuatur per ipsam universitatem et contra ius publicum, videtur valere [123]. Sed non est dubium, quod per legem statutariam plus potest fieri, quam per pactum privatorum [124].

49. Nam per pactum non potest quis adstringi ad certum modum probandi, licet per legem sic. Exceptiones omnes videntur prohibitae a forma dicti statuti, quia in exceptionibus ponuntur exceptiones facti et iuris, sicut tamen praemissa erat regula negativa, unde, cum ista non sit de illis, non debet admitti; nec quod allegari possit, quod istud statutum sit contra ecclesiae libertatem,

---

119) C. de non nu. pe. l. generaliter (l. 13 C. 4, 30.) C. si mi. se ma. dix. (2, 43) l. 2. —

120) pactio nach der Venediger Ausgabe; die Lyoner hat qō. was keinen Sinn gibt. —

121) Muß heißen: de decretis decurionum. —

122) Nehmlich Glossa super rub. C. de decr. decur. (10, 46.)

123) ff. de reg. iur. l. nec ex praetorio. (l. 27 D. 50, 17) et l. neque §. privatorum. (l. 45 § 1 eod.)

124) ut patet ex dicta gl. (Siehe Note 122) et per id, quod notatur in auct. ut ma. deb. et credi. § quia vero. (Muß heißen: in auct. ut sine prohibitione matres debitrices et cred. d. i. Nov. 94.)

quia non est verum, quia, licet usurae sint prohibitae, ut extra. de usur. [125]) c. I et II, III et IV, et etiam de iure civili hodie, ut notatur in l. cunctos populos [126]) et in auct. de. eccl. ti. in princi. [127]), tamen statutum non est factum super usuris vel repetitione usurarum, imo est factum super instrumentis, ut si guarentigia contineatur in eis, quod habeantur pro veris omnia, quae in eis scripta sunt, item, quod exceptio aliqua non possit opponi, quod ita non sit.

50. Sicut enim sententia accipitur pro veritate [128]), sic instrumentum continens guarentigiam habetur, ut nulla exceptio possit opponi.

51. Praeceptum enim guarentigiae factum in confessum obtinere videtur locum rei iudicatae [129]). Igitur praeceptum factum cum guarentigia in confessum secundum formam statuti

---

125) X. 5, 19. —

126) Nehmlich gl. ad v. *Petrum apostolum*. l. 1. C. 1, 1. —

127) Nehmlich gl. ad v. *observamus*. Nov. 131. Cap 1. —

128) ff. de sta. ho. l. ingenuum. (l. 25 D. 1, 5.) et de re. iu. l res iudicata. (l. 207 D. 50, 17.) et de li. agno. (D. 25, 3.) l. 1 in fi. —

129) ff. de iudi. l. si debitor (l. 21 D. 5, 1.) de re iud. l. si debitorib. (muß heißen: l. debitorib. d. i. l. 31. D. 42, 1.) notata in auct. de exhi. re. § suscepto. (Nov. 53 cap. 3 §. 2.) gl. si non ratione praecepti. (nehmlich ad v. *litis contestationem*)

omnem exceptionem et potestatem dicendi, contractum aliter fuisse, quam in instrumento contineatur, aufert debitori, et sic de usuris nihil disponit, sed de exceptionibus contra contractum; semel enim voluit confessum [130]) praeceptum guarentigiae et non poterit mutare veritatem contra confessionem iuris [131]). Et licet exceptio non possit opponi, poterit tamen usuras per viam actionis petere, non obstante tali solutione [132]), cum per actionem consequamur, quod per exceptionis viam retinere non possumus, imo exceptione uti non possumus [133]). Exceptio etiam contra praedicta ita obscure proposita non debet admitti. Ex quibus allegationibus, quae dici et allegari posse videntur, dico et consulo, quod non obstante exceptione praedicta dictum instrumentum debeat et possit exequutioni mandari. *Bal. de aquilone, Judex de Florentia.*

52. Statutum est in civitate, quod non admittatur aliqua exceptio contra instrumentum

---

130) Muß wohl heißen: confessus. —

131) ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. (l. 8 D. 39, 3.) et l. in diem. (l. 9 eod.) et ff. de reg. iur. l. nemo. (Soll wohl l. 75 D. 50, 17. seyn; dieser Titel hat mehrere ll. nemo.) et d. l. generaliter (C. de non num. pec.) cum similibus. —

132) extra. de usu. (X. 5, 19.) c. debitores (? vielleicht cap. V.)

133) ff. ex quib. cau. ma. l. nec non. (l. 28 D. 4, 6.) de exceptionib. l. exceptiones in fi. (l. 20 D. 44, 1.)

guarentigiae, nisi exceptio solutionis et falsitatis. Aliquis agit contra me ex instumentō guarentigiae, ego non possum aliquam dictarum exceptionum opponere, quia non habeo aliquam earum, sed possum excipere, rem, quam dare promisi, desiisse in rerum natura sine culpa mei, promissoris; quaeritur, an possim? et videtur, quod non, per capitulum praedictum. Sed dic, quod bene possum, nec obstat dictum capitulum et probo hoc duabus rationibus: quia qua ratione inducitur exceptio solutionis, eadem inducitur exceptio peremtionis sive rei peremtae, quia per quamlibet earum est solutus contractus ipso iure et naturaliter, ut hic; et ubi est eadem ratio, idem ius censeri debet [134].

53. Item mea exceptio non est tuae actionis exclusio, quia nullam actionem habes, ex quo solutus est contractus et obligatio sublata, ut dictum est per hanc legem, sed exclusio tuae intentionis, et dicitur tunc exceptio facti potius quam iuris, ex quo nulla competit actio [135]. Nec enim per dictum capitulum firmatur obligatio, quae nulla est; nam obligatio, quae caret propriis viribus, nec imperio iudicis vel magistratus vel legis potestate firmatur [136]; et praedicta possunt

---

134) ff. ad l. aquil. l. illud. (l. 32 D. 9, 2.)
135) ff. de excep. (D. 44, 1.) l. 2.
136) ff. de ac. et obl. l. obligatus. (muß heißen: l. obligationes. d. i. l. 27 D. 44, 7.)

habere locum in instrumento guarentigiae socedarum.

54. Quid dicemus de exceptione pacti facti liberatorii vel de non petendo? dic, quod bene potest opponi, cum per tale pactum tollatur obligatio etiam naturalis ipso iure, adeo, quod nulla remaneat actio et solutus est ipse contractus [137], nisi paciscatur solvêndo [138], ut ista pacta liberatoria; et isto modo omnem exceptionem adsimilem admittendam [dico,] quae similiter ratione vel aequitate nititur. In eo autem, quod dixi, rei peremtae prodest exceptio et debitorem liberari, cave, ne praecesserit mora creditoris [139], et utrum sit debitor speciei vel generis, et utrum agatur personali vel reali. Circa quae etiam distingue, ut notatur ff. si cer. peta. l. quid te [140] de rei vendi. l. utique [141] et l. item si verberatum [142]. Quo plus dico: capitulum guarentigiae recipit exceptionem solutionis, quia omnis exceptio, per quam dico contractum dissolutum esse, dico deberi contra statutum.

---

137) ff. de praescript. verb. l. sciendum §. naturalis. (Dieser Titel [D. 19, 5.] hat eine solche l. nicht.)
138) Die Venediger Ausgabe hat: *de* solvendo. —
139) Muß wohl heißen: *debitoris*. —
140) Muß heißen l. quod te. d. i. l. 5 D. 12. 1. —
141) L. 16. D. 6, 1. —
142) L. 15 eod. —

55. Et ad praedicta facit, quod dicitur, quod acceptilatio vicem solutionis obtinet [143]), et qui praescripserat, similis est solventi [144]), et facit optime et decidit quaestionem ff. de re iudica. l. si se non obtulit [145]) et § solvisse [146]) et de solut. prout quisque [147]). *Odoffredus.*

Explicit tractatus de guarentigiato instrumento diversorum auctorum [148]).

---

143) ff. de libe. leg. l. non solum autem in princ. (l. 7 D. 34, 3.)

144) ff. ff. de admi. tu. l. si pupillus in fi. (l. 45 D. 26, 7.)

145) L. 4. D. 42, 1. —

146) §. 7. (l. 4 cit.)

147) prout quisque ist eine ältere Leseart für prout quidque, d. i. l. 80 D. 46, 3. — Die Lyoner Ausg. hat *prout quisque eccl.* was offenbar falsch ist. —

148) *Explicit — auctorum* fehlt in der Venediger Ausgabe.

VI. *Rolandinus Passagerii.*[1]

Geboren bald nach 1200 zu Bologna; wurde Notar im J. 1224 und späterhin auch Professor der Notariatskunst; starb im J. 1300 zu Bologna.

Sowohl seine Person, als seine Schriften genossen ausgezeichnetes Ansehen.

Seine Schriften bestehen in theoretischen und praktischen Anweisungen zur Notariatskunst, welche nach damaligen Begriffen nicht nur die Handlungen der s. g. freiwilligen Gerichtsbarkeit, sondern auch die gerichtlichen Handlungen im Prozeß umfaßte [2]). Sie wurden von Petrus de Unzola und Petrus Boaterius bald nach dem Tode des Verfassers commentirt, von Wilhelm Durantis in seinem speculum iudiciale weidlich ausgebeutet, auch von späteren Schriftstellern über die Notariatskunst in Italien, Spanien, Frankreich und Teutschland auf die verschiedenste Weise benützt. Besonders seine

---

1) v. Savigny Bd. V. S. 472 ff. —

2) Die Richter hatten Notarien zur Seite, welchen nicht nur die Funktion unseres heutigen Aktuariats, sondern auch die Bekleidung aller gerichtlichen Handlungen im Prozeß mit der urkundlichen Form, z. B. die Ausfertigung der Erkenntniße, oblag.

Formulare sind auf diesem Wege wenigstens drei Jahrhunderte lang von Hand zu Hand gegangen.

Die Titel seiner Schriften sind folgende:

1. **Summa artis notariae,** auch **Diadema** oder **Rolandina** genannt,

2. **Tractatus de notulis,**

3. **Aurora,**

4. **De officio tabellionatus in villis et castris,**

5. **Flos ultimarum voluntatum.**

Die zahlreichen Ausgaben umfassen in der Regel mehrere dieser fünf Werke, manchmal auch alle, bald mit den Zusätzen des Petrus de Unzola, bald mit denen des Boaterius, häufig auch mit neueren Additionen.

Ich bediene mich folgender Ausgaben:

a. **Apparatus Rolandini notarii Bononiensis clarissimi super summa notariae, qui Aurora nuncupatur cum additionibus insertis Petri de Unzola notarii Bononiensis... quod opus pro sui excellentia moderni Meridianam appellant.**

Am Schluß: **Impressum Vincentiae per me magistrum Henricum librarium Vincentinum de sancto Urso. Anno dñi MCCCCLXXXV die XXI Aprilis. In fol.** ohne Blattzahlen.

Endigt in der Mitte des fünften Ka-

pitels de locationibus et conductionibus. [3])

b. Corpus totius artis notariae perfectum: cum omnibus glossis necessariis: aurorae et meridianae: ac apparatus notularum et flore D. Rolandini: Nec non cum novissima apparatuque iudiciorum D. Petri de unzola: cum aliis commentariis modernorum super tota summa D. Rolandini: et cum novellis aliis additionibus ac testamento angeli: et compendiosa Tancredi de Corneto superadditis tam ad theoricam quam ad practicam noviter ordinatum et in lucem editum. Auctore praeclaro iuris doctore domino Bartholomeo ab horrario patavino.

Am Schluß: Impressum Venetiis per Gregorium de Gregoriis Anno 1512. Die 20 septembris. — II Voll. in fol. mit Blattzahlen.

Enthält alle fünf Werke des Rolandinus, willkührlich vertheilt und gemischt mit den Zusätzen des Petrus de Unzola.

c. Summa artis notariae D. Rolandini Rodolphini Bononiensis... cui per excellentiam aurorae nomen est. Cum

3) Vgl. v. Savigny a. a. O. S. 476. —

luculentissima D. Petri de Boateriis Bononien. [in] eandem summam expositione... Anno Domini 1590. Spirae Nemetum apud Bernardum Albinum. In 8vo mit Seitenzahlen.

Summa.

Cap. III. De debitis et creditis.

Rubrica: Instrumentum solenne mutui duorum debitorum et duorum creditorum diversis fulcitum pactis. [4]

Antonius et Philippus promiserunt per se et eorum haeredes, unusquisque eorum principaliter et in solidum sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando Corado et Antonio pro se et eorum haeredibus stipulantibus (et quilibet eorum in solidum possit hoc debitum petere, exigere ac recipere cum effectu, uni tamen eorum facta solutione ab alio liberetur) solvere dare ac restituere eis aut alteri eorum vel eorum certo nuncio C. Lib. Bon. hinc ad unum annum proximum in civitate Bononiae. Quam pecuniae quantitatem confessi et contenti fuerunt, se ab ipsis Corado et Antonio ex causa mutui habuisse et recepisse. Recipientes etiam dictam pecuniam

4) Ed. Venet. 1512. vol. I fol. 84^{b} ff. — Spir. 1590. pag. 265 ff. —

ab ipsis ibidem et in praesenti, prout confessi fuerunt tantam esse quantitatem.... Et promittentes, non dicere vel opponere, dictam pecuniae quantitatem non integre fore acceptam, datam, solutam et numeratam et in ipsorum utilitatem conversam; et non probare solutionem aut liberationem huius debiti fore factam, nisi per hoc instrumentum incisum vel cancellatum aut per aliud legalis et bonae famae tabellionis manu confectum, et non petere libellum ipsius debiti nec exemplum huius instrumenti; ... et ipsi ambo nullam aliam contrariam exceptionem vel defensionem s. negationem iuris vel facti specialem vel generalem contra hunc contractum s. contra aliquid praedictorum vel infrascriptorum in aliquo facere vel opponere, quominus principaliter et in solidum teneantur ad solutionem dicti debiti in dicto termino faciendam et ad omnia et singula in hoc contractu contenta plenius observanda efficaciter teneantur, sed omnia et singula ... firma et rata habere, tenere, observare, et adimplere et non contra facere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto. Quod si dictis loco et termino non solverint et omnia et singula in hoc contractu contenta non observaverint, aut in aliquo contravenerint, promiserunt se .. principaliter et in solidum obligando eisdem creditoribus stipulantibus .. eis persolvere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniae poenae nomine, .. quae totiens committatur et

exigi possit in singulis capitulis, quotiens contrafactum fuerit, et poena soluta vel non, rata maneant omnia et singula suprascripta et infrascripta. Et nihilominus sortem et poenam, ubicunque locorum et terrarum et in quocunque foro et mercato [5]) creditoros vel alter eorum petierit ab ipsis debitoribus aut ab altero eorundem, se integre soluturos in quibus locis mercatis et foris et quem voluerint ipsorum et sub quocunque iudice maluerint, possint ex pacto ipsos debitores et quemlibet eorum insolidum ad solutionem dicti debiti faciendam in dicto termino et ad omnia et singula in hoc contractu contenta efficaciter observanda realiter et personaliter convenire. Insuper reficere et restituere sibi omnia et singula damna et expensas ac interesse, quae et quas fecerint vel sustinuerint in iudicio sive extra vel alias quocunque modo pro ipsa pecunia exigenda, et de his credere suo simplici verbo sine sacramento vel alia probatione aut alicuius causae cognitione.

Insuper promiserunt in solidum praeceptum recipere a communi Bononiae hinc ad tertiam diem de dicta pecunia solvenda praedicto termino, sub poena XXV lib. bonon. stipulantibus promissa, qua soluta vel non, rata maneant praedicta. Quod praeceptum ad dictum terminum

---

5) Markt. —

recipi iidem creditores ibidem et in praesenti denunciaverunt debitoribus antedictis.

Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et adimplendis obligaverunt ipsi debitores praefati dictis creditoribus omnia eorum bona, quae praecario iure se ipsorum nomine et pro eis possidere constituerunt usque ad integram solutionem dicti debiti et satisfactionem omnium praedictorum, ita, quod a termino in antea, si tunc solutio facta non fuerit, liceat ex pacto ipsis creditoribus et cuique ipsorum propria auctoritate sine curiae proclamatione aut aliqua denunciatione vel aliquo praeiudicio dictorum bonorum et quorum ex eis voluerint ingredi possessionem et eam accipere vendere et alienare, alii obligare et apud se et pro iusto pretio retinere et se indemnes conservare tam de poena, damnis et expensis, quam de sorte, sine omni occasione legum, iuris et usus.

Renunciaverunt autem debitores praefati fori privilegio, novarum constitutionum et epistolae divi Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni et exceptioni sibi non datae et non mutuo acceptae pecuniae et omni alii iuris auxilio. . . . .

Cap. IX. de iudiciis.

Rub. De processu contra reum confessum.[6]

Contra reum confessum proceditur hoc modo: quia iudex praecipit reo confesso, ut ad certum terminum solvat vel det creditori id, in quo confitetur, se esse debitorem suum. De consuetudine enim et statuto Bononiensi statuitur civi confesso terminus X dierum ad solvendum, et comitativo confesso XX dierum, nisi terminus de voluntate partium prorogetur. Et hoc praeceptum vim gerit sententiae, quia sententia fertur [in] confessum vel convictum [7].

Quod si tunc non solverit, exequitur iudex ipse vel alter secundum morem Bononiensem ad executionum officium deputatus ipsum praeceptum sive sententiam contra reum hoc modo. Facit enim reum citari, et, si comparet, statuit ei terminum trium dierum, si est civis, vel quinque, si est comitativus, ad solvendum. Quod si tunc non solvit vel non comparuit, quando citatus fuit, ut dictum est, nisi obstet rationabilis rei sive debitoris exceptio, aut iudex facit ipsum reum in banno poni, de quo banno non cancellatur, nisi satisfaciat creditori, aut det ac-

---

6) Ed. Venet. 1512. Vol. II fol. 102 et 102^{b}.

7) Vgl. Additio Petri de Unzola ad h. l. unten S. 90.

tori tenutam de bonis ipsius rei pro mensura debiti declarati exequendo ipsum praeceptum, primo de bonis mobilibus, si comparuerint, secundo de immobilibus, salvo iure omnium. Quae tenuta dicitur primum decretum, ut dictum est in praecedenti rubrica. Deinde, quia parum prodesset ei dicta tenuta, eo, quod eam non possidet sed detinet et ideo non usucapit vel praescribit, licet de statuto communis Bononiae lucrifaciat fructus, ut supra in proximo processu dictum est, procedit ipse actor et petit ab ipso iudice vel ab alio, qui deputatus est ad dationes in solutum, ut fit Bononiae, ut dicta bona, de quibus habet dictam tenutam seu possessionem, sibi adiudicaret in solutum. In qua datione in solutum proceditur in omnibus secundum quod dictum est in praecedenti rubrica. Sed bene potest reus ante bannum vel tenutam datam venire et exceptiones ponere dicendo, tenutam vel bannum non esse dandum, quia non sint transacti dies termini, item quia sit minor vel filiusfamilias, contra quos non potest ferri sententia sine curatoris auctoritate vel patris consensu, vel quod in praecepto non fuerit causa [8]), vel quod ipse solverit et similia. Sed antequam audiatur, oportebit eum deponere quantitatem in praecepto contentam et postea probabit exceptionem. Et si probaverit, non procedetur in tenuta vel banno; si autem

8) debendi.

non probaverit, condemnabitur de consuetudine Bononiae. Et hoc de exceptionibus dictum est gratia illius verbi, quod supra dicitur, sc. nisi obstet rationabilis rei sive debitoris exceptio.

Cap. IX.

Praeceptum factum debitori confesso.[9]

Dominus talis iudex praecepit Antonio, ut det et solvat Corado hinc ad X dies proximos XX lib. Bonon., quas ex causa mutui se ipsi Corado debere dare confessus est et hoc contineri in publico instrumento scripto manu talis notarii.

Si ante tenutam veniat reus et opponat contra praeceptum.[10]

Antonius, excipiendo opponens contra praeceptum sibi factum a tali iudice de C. lib. solvendis sibi Corado scriptum manu talis notarii, dixit et protestatus est, non esse contra eum ex dicto praecepto procedendum, eo, quod est minor XXV annis et sine curatoris auctoritate fuit dictum praeceptum factum in iudicio contra eum; vel eo, quod est filiusfamilias et ipsum praeceptum in iudicio sine patris auctoritate recepit;

9) Ed. Venet. 1512. Vol. II. fol. 119. — Spir. 1590. pag. 688. —

10) Ed. Venet. 1512. Vol. II fol. 119b. — Spir. 1590 pag. 689.

vel eo, quod factum fuerit contra eum invitum et non confessum; et sic de singulis causis, quarum praetextu dicit, procedendum non esse. Caeterum nota, quod dabitur ei terminus ad probandum exceptiones, post terminum vero pronunciabitur hoc modo.

Pronunciatio utrum post exceptionem procedendum sit an non contra reum. [11]

Quoniam coram me, tali iudice, exceptionem opposuit in hunc modum: Antonius excipiendo opponens etc., ut supra ponendo exceptionem totam, qua posita ita continuabis: et hanc exceptionem ipse Antonius legitime probavit, ideo ego dictus iudex pronuncio, non esse ex dicto praecepto contra dictum Antonium procedendum. Vel sic: et hanc exceptionem ipse Antonius legitime non probavit, idcirco habito super hoc consilio sapientis pronuncio, contra eum esse ex dicto praecepto, non obstante dicta exceptione, legitime procedendum et illud praeceptum esse executioni mandandum. Unde nota, quod pronunciatione facta de procedendo vel dabitur tenuta in bonis rei, quam scribas, ut supra habes de tenutis, et hoc mutato, quod in hac te-

---

11) Ed. Venet. 1512. Vol. II. fol. 119^{b}. — Spir. 1590 pag. 689.

nuta dices: exequendo praeceptum factum a tali iudice; vel dabitur reo bannum hoc modo.

Bannum datum reo ex causa debiti.[12]

Antonius, quia non solvit ad terminum Corado C. lib. Bon., in quibus tenetur ei ex causa mutui per instrumentum vel praeceptum scriptum manu talis notarii, et quia legitime secundum formam statuti communis citatus et cridatus fuit, non venit ipse nec alius pro eo, idcirco ex tunc sit in banno communis Bononiae, in quo cridatus fuit de mandato talis iudicis per Vivianum praeconem communis Bononiae die tali etc.

Cap. IX.

Rubr. De appellationibus.

. . Verumtamen ab executore, qui sententiam mandat executioni, non appellatur, ut aliquis sit litium finis; nisi executor excedat modum in exequendo, ut, quia ante tempus statutum exequetur, vel in maiori quantitate, quam in sententia contineatur [13].

---

12) Ed. Venet 1512. l. c. — Spir. l. c.
13) Ed. Venet. 1512. Vol. II fol. 89. —

VII. *Petrus de Unzola.* [1]

Schüler des Franciscus Accursii [2]. Geboren in der Nähe von Bologna. Wurde Notar im J. 1275, Lehrer der Notariatskunst im J. 1301. Starb im J. 1312.

Schrieb Zusätze und Commentare zu den verschiedenen Werken des Rolandinus.

A. Aus den Additionen zur Aurora des Rolandinus.

Ad Cap. III. De debitis et creditis.

Rubr. Instrumentum solenne mutui duorum debitorum et duorum creditorum diversis fulcitum pactis.

Additio domini petri [3].

Istud autem praeceptum secundum ius fieri debet a iudice in debitorem confitentem et praecep-

---

1) v. Savigny Bd. V. S. 481 ff. —

2) Petrus de Unzola in tract. de iudiciis. Rubr. de consiliis: »non est secundum dominum meum Fran. simpliciter vera.« (In dem oben bei Rolandinus angegebenen corp. totius artis notar. vol. II. fol. 82.)

3) Nach den oben genannten Ausgaben des Rolandinus: Vincent. 1485. f. — Venet. 1512. f. vol. I

tum sponte recipientem, unde quodammodo gerit vim sententiae definitivae, et a tali praecepto non potest ulterius appellari.

Declaratio domini petri.

De quo dic, ut in tit. de appella. notatur c. IX. Nec super ipso debito potest ulterius lis moveri, quia per huiusmodi sententiam determinatum esse videtur omne iudicium. Non tamen dico, quod tale praeceptum sit definitiva sententia, quia definitiva non fertur, nisi iudiciario ordine incohato iudicio per libellum et per litis contestationem. Sed istud praeceptum fit tunc, cum creditor extra ordinem et ex abrupto facit debitorem suum interrogari a iudice, et eo confitente praecipit ei iudex, quod infra legitima tempora solvat, scil. ad terminum, de quo partes concordant, vel ad terminum legis municipalis, vel ad terminum legis civilis, qui est quatuor menses. Et si non adiiciatur terminus, statim currunt de iure confesso tempora ipsorum quatuor mensium, ut ff. de confess. l. certum § pe.[4] et de re iudi. l. debitoribus[5]. Et nota,

---

f 87. — Troß den in der ersteren stehenden Ueberschriften: »Additio, declaratio domini petri« ist es doch schwer zu verbürgen, daß alle diese Additionen ohne Einmischung fremder Stücke allein dem Petrus de Un;ola angehören.

4) Muß heißen: § ult. d. i. § 6. l. 6 D. 42, 2. —

5) L. 31 D. 42, 1. —

quod istud praeceptum sicut sententia definitiva debet mandari executioni, quia in confitentem nullae sunt partes iudicis, ut ff. de vellei. l. proinde [6].

Additio domini petri.

Et est verum, quod praeceptum debet executioni mandari, nisi obstet rationabilis debitoris exceptio. De quo et etiam in quo praeceptum tale differat a sententia, dic, ut notatur de iudi. [7] in tit. de processu contra reum confessum § ultimo. Et hoc verum est quantum in cognoscendo vel interrogando. Sunt tamen aliqua [8] quantum in pronunciando vel praecipiendo vel executioni mandando vel aestimando damno, ut in praeallegata l. *proinde.*

Item nota, quod in quibusdam locis secundum statuta vel consuetudines loci, si de debito chirographum fiat, idem tabellio, qui fecit instrumentum, facit praeceptum et inserit instrumento. Hoc tamen vires accipit per leges municipales.

---

6) Muß heißen: ad l. Aquil. l. proinde, d. i. l. 25 D. 9, 2. —

7) De iudiciis, Tractat des Petrus de Unzola, als Commentar zu Cap. IX der Summa des Rolandinus. —

8) Muß heißen: aliquae, sc. partes iudicis. —

B. Aus dem apparatus zur Summa Rolandina cap. IX. de iudiciis.

Rubr. De processu contra reum confessum [9].

. . sciendum est, quod illud praeceptum, quod fit debitori confesso, gerit vim sententiae, non tamen est sententia, ut littera summae dicit. Sed in quo gerit vim? in hoc, quod sicut difinitiva decidit, et non poterit debitor petere libellum super illo debito, et sicut illa fertur in confessum ante litem contestatam. Et quia magna est utilitas huius praecepti, idcirco creditores, quando mutuant vel credunt aliquid, semper procurant et per pactum faciunt sibi promitti, quod debitores veniant ad iudicem et quod iudex interroget, utrum ipsi debeant tale quid, et procurant, ut ipsi confiteantur et quod iudex faciat istud praeceptum, et faciunt ipsum solenniter scribi in actis et postea sibi autenticum dari, quod plene dic, ut ibi dicitur in aurora in tertio capitulo: de debitis super instrumento tertio [10].

---

9) Nach der Ausg. des Rolandinus Venet. 1512. vol. II fol. 102b. —

10) Es sind dieß die eben mitgetheilten Additionen des Petrus zur Aurora. —

Rubr. De appellationibus.

. . Sequitur in littera: Verumtamen ab executore non appellatur etc [11]). Super quo sciendum est, quod ab executore, i. e. ab eo, qui mandat sententiam executioni, non appellatur, quod est intelligendum verum esse ab ipsa executione facti, ut C. quor. ap. non re. l. ab executione [12]) . . Sed si iudex pronunciet sententiam exequendam vel non exequendam, a tali pronunciatione exceptionis [executionis] faciendae vel non appellari potest, ut C. de ap. l. et in maioribus [13]) secundum Accursium, licet quidem in hoc contra, ut aliquis sit finis litium [14]).

---

11) Nehmlich die oben mitgetheilte Stelle des Rolandinus aus der Summa ' ap. IX. rubr. de appellationib. —

12) L. 5 C. 7, 65. —

13) L. 20 C. 7, 62. —

14) Nach der Ausgabe des Rolandinus: Venet. 1512 Vol. II fol. 89b. —

VIII. *Petrus Boaterius.*[1]

Schüler des Franciscus Accursii; seit 1285 Notar, seit 1292 Professor der Notariatskunst; starb wohl bald nach 1321. Sein bedeutendstes Werk ist ein Commentar zu der Summa artis notariae des Rolandinus Passagerii, mit welcher es häufig zusammen gedruckt ist.

Hieraus[2]:

Expositio ad Cap. III. de debitis et creditis.

Rub. Instrumentum solenne mutui duorum debitorum et duorum creditorum diversis fulcitum pactis.

. . . . . Modo restat secundo exponere quaedam pacta in hoc capitulo contenta. Quorum primum incipit: *et de his credere suo simplici verbo* etc, quod pactum non valet, cum iniquum sit; et quod sit iniquum, patet, quia ille possit dicere, ego expendi mille libras. Secundum pactum est illud: praeceptum recipere a communi Bononiae. Circa quod quatuor sunt videnda, sc. Primo, quid sit praeceptum, quis faciat praeceptum et cui fiat? Secundo, ad quid operetur pactum solidi appositum in praecepto? Tertio, quanta

1) v. Savigny Bd. V. S. 485 ff. —

2) Nach der Ausgabe: Spirae 1590. 8 f. oben S. 77. c.

sit dilatio danda debitori praeceptum recipienti? Quarto, quid sit effectus et virtus praecepti?

Ad 1. dico, quod praeceptum est quaedam sententia interlocutoria, quodammodo secum trahens executionem, ut infra dicam de eius effectu; et facit illud iudex pro tribunali sedens praesente creditore et fit debitori debitum sponte confitenti, alias non posset fieri; in Thuscia tamen et in quibusdum civitatibus fit a tabellionibus, quod appellant praeceptum varentigiae.

De secundo dico, quod pactum solidi hic positum multum operatur; nam, quilibet praeceptum recipere tenetur, tenetur in solidum, quod non tenebatur; sed ubi pacti sunt, modo tenebuntur, et sic contra quemlibet in solidum tale praeceptum suum effectum exercebit. Est ergo optimum, quod in solidum praeceptum recipiant debitores.

Ad 3. sc. quanta dilatio debet dari debitoribus ad solvendum? ad quod sciendum sic distingue, quia aut est actum per pactum, puta, quia terminus est appositus in instrumento debiti et tunc secundum instrumenti tenorem, aut nihil est dictum, et tunc subdistinguendum est, quia aut est statutum vel consuetudo in regione et tunc statutum vel consuetudo servabitur, aut non est statutum vel consuetudo, et tunc secundum quosdam iudex statuere potest terminum quatuor mensium, sicut in omnibus actionibus personali-

bus observatur; et etiam partes possunt statuere de novo terminum.

Ad 4. scil. quis sit effectus et virtus huius praecepti? et dico, quod vim tenet definitivae sententiae, adeo, quod, sicut iudex tenetur sententiam exequi, ita praeceptum. Sed posset aliquis dicere: imo non tenet vim definitivae sententiae contra convictum secundum probata. Sed praeceptum fit debitori confitenti, et in confessum et in convictum nullae sunt partes iudicis; quod intelligas esse verum in cognoscendo, sed in condemnando sic [3]. Imo dicas, quod plus operatur illud praeceptum, quam sententia, cum a sententia possit appellari, sed ab hoc praecepto non potest appellari.

---

3) Muß wohl heißen: non sic. —

IX. *Guilielmus Durantis.* [1]

Geboren im J. 1237 zu Puimisson in Languedoc; studirte in Bologna; lehrte kurze Zeit canonisches Recht; bekleidete lange Zeit bedeutende geistliche Aemter; starb im J. 1296.

Sein Hauptwerk, ein System des gesammten practischen Rechts unter dem Titel **speculum iudiciale** [2], zusammengetragen aus den Schriften älterer Juristen, welche meist wörtlich und mitunter gedankenlos ausgeschrieben sind [3], erlangte großes und dauerndes Ansehen. Es wurde zuerst in den Jahren 1271 und 1272 verfaßt, bald nach 1286 nochmals überarbeitet, später mit wichtigen Additionen von Johannes Andreae [4] bereichert.

Johannes Andreae [5], geboren um 1270 in der Gegend von Florenz, erhielt um 1302 eine Professur des canonischen Rechts in Bologna, welche er — mit kurzer Unterbrechung durch ein Lehr-

1) v. Savigny Bd. V. S. 501. ff.

2) Von welchem er in älteren Citaten schlechtweg speculator genannt ist. —

3) Joh. Andreä weist ihm dieß häufig nach.

4) Auch von Baldus de Ubaldis, dessen Zusätze aber für unseren Zweck durch den Vorrath von Belegstellen aus anderen Schriften desselben unbedeutend werden.

5) v. Savigny Bd. VI. S. 87 ff.

amt in Padua — bis an seinen Tod bekleidete. Er starb im J. 1348.

Speculum.[6]

Lib. IV. Partic. III.

Rubr. De obligationibus et solutionibus[7].

Ante omnia igitur instrumenta super mutuo formabimus.....

1. Instrumentum igitur solenne mutui duorum debitorum diversis pactis hoc modo conficietur [8]).

A. et B. promiserunt per se et heredes eorum, unusquisque principaliter et in solidum sine

---

6) Nach der Ausgabe: Speculum Guielmi duranti cum additionib. Jo. an. et Bal. et cum pluribus aliis additamentis noviter superadditis cum repertorio suo noviter editis. f. — II. Voll. Text mit fortlaufenden Blattzahlen und I Vol. Index mit neuen Blattzahlen, welcher das Repertorium des Berengarius (s. v. Savigny Bd. V. S. 515. 516.) zum Speculum ist. Am Schluße des Vol. I: Impr. Mediolani per Leonardum Pachel. Ad impensas Joannes Jacobus de Legnano... Anno MCCCCCIX. Am Schluße des Repertoriums: Impr. in oppido Tridini... impensis domini Joannis de ferrariis alias de Jolitis et Gerardi de Zeijs. Anno. MCCCCCX.

7) Fol. 469. (vol. II.)

8) Fast wörtlich aus Rolandinus, (vgl. diesen oben) wie auch Johannes Andreae anmerkt. —

aliqua exceptione iuris vel facti se obligando C. et D.... solvere dare et restituere eis ... C lib. tur. .., quam pecuniae quantitatem confessi et contenti fuerunt se ab ipsis C. et D. ex causa mutui habuisse et recepisse, recipientes etiam pecuniam dictam ab ipsis ibidem et in praesenti, ... promittentes non dicere vel opponere, dictam pecuniae quantitatem integre non fore acceptam datam solutam et numeratam et in ipsorum utilitatem conversam, et non probare solutionem aut liberationem huius debiti fore factam, nisi per hoc instrumentum incisum vel cancellatum aut per aliud legale et bonae famae tabellionis manu confectum, et non petere libellum ipsius debiti nec exemplar huius instrumenti ..... et .. nullam aliam contrariam exceptionem s. negationem vel defensionem iuris vel facti specialem vel generalem contra hunc contractum .. facere vel opponere...; et sub quocunque iudice maluerint possint [sc. creditores] ex pacto dictos debitores ... ad solutionem dicti debiti in dicto termino faciendam ... realiter et personaliter convenire; insuper [promiserunt] reficere et restituere sibi omnia et singula damna et expensas ac interesse, ... et de his credere suo simplici verbo sine sacramento vel alia probatione aut alicuius causae cognitione; insuper promiserunt insolidum praeceptum recipere a tali iudice ad certum diem de dicta pecunia praedicto termino solvenda sub

poena XXV. lib. tur. stipulatione solenni promissa, qua soluta vel non rata maneant praedicta, quod praeceptum ad dictam diem recipi iidem creditores ibidem et in praesenti denunciaverunt debitoribus antedictis; pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et adimplendis obligaverunt ipsi debitores ipsis creditoribus omnia eorum bona, quae praecario iure se ipsorum nomine et pro eis possidere constituerunt, ... ita, qnod a termino in antea, si tunc solutio non fuerit facta, liceat ex pacto ipsis creditoribus propria auctoritate sine curiae proclamatione aut aliqua denunciatione vel aliquo praeiudicio dictorum bonorum et quorum ex eis voluerint ingredi possessionem et ea accipere vendere et alienare, alii obligare et apud se pro iusto precio retinere et se indemnes servare tam de poena damnis et expensis, quam de sorte sine omni occasione legum et iuris et usus. Renunciaverunt autem debitores praefati fori privilegio, novarum constitutionum et epistolae divi Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni et exceptioni sibi non datae et non mutuo acceptae pecuniae et omni alii auxilio 9).........

9) Die nehmlichen Clauseln in anderen Formularen zu Schuldbekenntnissen s. ibid. num. 14 seqq. fol. 470. —

Lib. II. Partic. III.

Rub. De sententia et quae ipsam sequuntur.[10])

[§. 2.] Species autem sententiae sunt quatuor, scil. interlocutoria, definitiva, praeceptum et mulcta.................................

4. Est quoque tertia species sententiae, quae dicitur praeceptum, puta cum quis a reo in iudicio absque libello cum instrumento debiti petit X, et reus confitetur de plano; tunc enim iudex sine alia causae cognitione sibi praecipiet, quod certo termino solvat, et hoc dicitur praeceptum et non sententia h .... An autem a praecepto valeat appellari, dic ut infra de appellat. §. in quibus. vers. secundo.

Additio Joannis Andreae [11]).

h .... veritas ergo est, quod in tali brevi cursu causae posset ferri sententia et fieri praeceptum tantum, quod satis probatur l. si reus ff. de procur. et ff. de iudi. l. si debitori. quod intelligo sive sit iurisdictio contentiosa sive voluntaria, dummodo talis, quae prorogari possit.

Lib. II. Partic. II.

Rub. De confessionibus.

[§. 4.] Nunc videndum [12])..............

---

10) Fol. 287b. (vol. I.)

11) Specul. l. c.

12) Fol. 228. (vol. I.)

19. Ultimo nota, quod confessus in iure pro iudicato debet haberi; .... fallit hoc, cum quis confitetur incertum.........................

24. Praeceptum enim factum confesso obtinet vim sententiae; nam mandatur executioni et actio ex eo nascitur, ut ex sententia. ..

....

Lib. II. Partic. III.

Rubr. De sententia etc.

[§. 6.] De diversis sententiarum formis. Ut autem [13]. ....

2. Nunc dicamus, qualiter praeceptum fiat in confessum, de quo dixi supra § *species*; et quidem, postquam reus de plano de debito confessus fuerit, iudex sic dicat, FORMA: Ego talis iudex audita confessione tua praecipio tibi, ut des et solvas hinc ad X dies C solidos turin. P. quos ex causa mutui eidem P. te debere et contineri in instrumento publico manu talis notarii confecto de plano in iudicio es confessus. — Qualiter autem auditores in romana curia pronuncient in confessos, nota infra vers. *in romana vero*.

11..... In romana vero curia qualiter pronunciabit vel excommunicabit auditor super debito coram se confessato inter eos, qui se suae

---

13) Fol. 290^b 291. (vol. I.)

iurisdictioni submittunt, vide supra de conclu. et renun. versi. ult. [14]).

Rubr. De executione sententiae.

[§. 3.] Qualiter et quo iure sententiae executio petatur [15]).

Breviter dicendum est, qualiter et quo iure sententiae executio petatur, super quo advocati multum errare consueverunt. Solent enim petere sententiarum executiones per actionem in factum descendentem ex re iudicata, et male. Nam quilibet victor habet duo auxilia, scil. iudicis officium et actionem iudicati. Si vero vult executionem petere, petat hoc iudicis officio et sine libello, quia executio in facto consistit, ut probatur subtiliter ff. de re iudi. l. a divo pio; et fit ibi summaria cognitio, cum de capiendis pignoribus disputatur, ut in ead. l. § si super rebus [16]); nec debet tunc iudex iudicis partes assumere, sed solum executoris....

4. Albertus Papiensis [17]) autem dixit, quod peti debet executio actione in factum, ut C. quando ex facto tu. l. 1........................

---

14) Vgl. Oben Th. I. Kap. III §. 3. —

15) Fol. 304 (vol. I.)

16) §. 4. (si rerum) l. 15 D. 42, 1. —

17) Professor in Modena zwischen 1211 und 1240; s. v. Savigny Bd. V. S. 72. —

6. Sed secundum eum quaeritur: qualiter pronunciabit iudex in hac causa? Respondeo: pronunciabit, sententiam debere executioni mandari, quo facto, nisi reus pareat iudicatis, mandabit eam executioni ex officio suo. Sed contra, quia sic res in infinitum abibit. Nam sic poterit ab hac sententia appellari, sicut a prima et qualibet alia . . et sic lites ex litibus orientur, quod tamen esse non debet . . et sic nullus erit litium finis. Sed ipse [18]) respondet, quod sententia est de executione [c] et pars executionis, ergo ab ea appellari non potest, nisi modus excedatur.

Lib. II. Partic. III.

Rubr. De appellatione.

[§. 2.] In quibus casibus et ex quibus causis appellari possit et quando teneat appellatio vel non.

In quibus [19]) . . . .

3. Dicunt quidam, quod, si iudex confesso coram se ante litem contestatam se debere ali-

---

18) Nehmlich Albertus Papiensis. —

c. *Additio Joannis Andreae:* »dixit Albertus Galeotus clarius, quod sententia est de executione sententiae principalis et pars etc«. (Albertus Galeotus lebte um 1240; s. v. Savigny Bd. V. S. 463.)

19) Fol. 306[b] — 307. (vol. I.)

quid, praecepit quod solvat, a tali praecepto appellari non potest, et inducunt etiam ff. de mino. ait praetor. §. 1. et ff. de ap. l. pe. § omnes, et C. de re. iu. si pecuniam, et extra. de proba. per tuas [20]). Alii contra, dicentes, quod praeallegata l. *ait praetor* loquitur de disputando, non asserendo. Bulgarus [20a]) dicit, quod ex quo in iudicio legitime confessus est non potest appellare, nisi prius probaverit se per errorem confessum fuisse. Azo dicit, quod aut fit praeceptum super negato, ut quia pars altera iurat et sic iudex neganti praecipit, quod solvat, et tunc non valet praeceptum et potest appellari, . . . aut fit in confessato, et tunc tenet et appellari non potest; ut C. de non nume. pec. generaliter. Odofredus dicit, quod, si praeceptum fit et post definitiva expectatur, tunc non appellatur, quia a definitiva poterit appellari; . . . si vero non speretur definitiva, tunc, sicut possum a sententia appellare, . . . sic et ab eo praecepto. . . .

6. Et scias, quod si iudex pronunciat, sententiam fore sic exequendam, tunc bene appellatur ab hac pronunciatione [i]. Si vero non pronunciat, sed praecipit executori, ut capiat pignori res, vel ipse capit, tunc a tali facto non appellatur, nisi ut praemissum est. . . . .

---

20) X. 2, 19. c. 10. —

20a) † 1166; v. Savigny Bd. VI. S. 87.

Additio Joannis Andreae:

i. *Pronunciatione.* Hoc tenet Accursius C. quorum app. non recip. l. ab executore. et ff. de app. ab executore, utrobique in I glossa. Sed Odofredus Guil. [sic! Guido de Suzaria?] contra in utroque membro huius versiculi, i. e. sive exequatur, sive pronunciet exequendum, secundum eos non appelletur. Sit ratio, ut sit finis litium. C. de transa. l. fratris. extra. de dolo. finem. [21] et c. fin. in prin. [22]...............

Durantis l. c.:

21.... Trigesimo non potest appellare, qui terminum receperit ad procedendum vel ad solvendum, vel alias processui sententiae acquievit [23].

---

21) X. 2, 14 c. 5. —
22) X. 2, 14 c. 10. —
23) Fol. 308. —

X. *Jacobus Buttrigarius.*[1]

Geboren zu Bologna um 1274; im J. 1293 Notar, vom J. 1307 an Professor in Bologna; starb im J. 1348.

Sein wichtigstes Werk sind gedruckte Vorlesungen über den Codex.

Hieraus[2]:

L. Cum scimus. C. ubi et ap. quem cogn. (2, 47.)

Attende, quod iudices cartularii sunt illi, qui sunt ordinarii et habent iurisdictionem inter volentes tantum, et multi sunt in Tuscia; nam quasi omnes tabelliones sunt iudices ordinarii et faciunt instrumenta debiti et mandant in eodem instrumento debitori volenti et sponte confitenti, quod solvat usque ad talem diem[3].

L. Res. C. de litis contest. (3, 8.)

Res. . . . .

Item quaero, an, si confiteatur quis, con-

---

1) v. Savigny Bd. VI. S. 60. —

2) Nach der Ausgabe: Jacobus Butrigarii . . super codice . . cum additionibus Petri de Vergnia. Parrhisiis 1516. II voll. in f.

3) Vol. 1. fol. 79. —

testetur litem? et videtur, quod non . . . Sed dic, quod aut confitetur quis ante libelli oblationem, et non videtur litem contestari, sed fit ei quoddam praeceptum de solvendo infra tempus arbitrio iudicis, ut l. si debitori ff. de iudi., aut confitetur post libelli ablationem, et tunc videtur contestari et potest ferri definitiva, et hoc etiam sentit glossa [4]).

L. un. C. de confessis.

Confessos. Confessus pro iudicato habetur. . . . .

. . oppono, quod confessus non habeatur pro iudicato, imo veniat per iudicem condemnandus, unde videtur obstare l. si confessus ff. de custo. re. Solutio ut glossa. Vel clarius: aut confiteor ante libelli oblationem, et tunc fit statim praeceptum de solvendo et erit interlocutoria sententia, ut l. si debitori ff. de iudi., aut confiteor post libellum vel litis contestationem et condemnabor definitive, ut l. si confessus. . . . . Modo oppono, quod non sit differentia in confessione iudiciali et extraiudiciali . . . . . Respondeo: imo differunt, quia. . . . , si confiteor extra iudicium ad obligandum me sine causa, non valet confessio, in iudicio valet etiam sine causa. Sed probo, quod hoc non sit verum, quia peti-

4) Vol. I fol. 94^b. —

tio et libellus semper continet causam, alias non recipitur . . et confessus videtur se ad illam causam referre, . . ergo semper inest causa in iudicio. Solutio: fateor, quod est in iudicio causa tacita, quae tamen extra iudicium non sufficeret, nisi expressa. Vel aliter possum intelligere hoc in summariis, ubi sine libello proceditur et interrogatus fuit statim confessus se debere. Vel verius dic, quod possum in libello petere X, ad quae es mihi obligatus, et sic exprimo causam proximam, et bene procedit libellus, . . . et si reus confitetur, tenet confessio, licet causa expressa non fuerit, quae non teneret extra iudicium sine causa [5]).

---

5) Vol. II. fol. 54. —

XI. *Cinus de Pistorio.*[1]

Geboren zu Pistoja im J. 1270; im J. 1307 Assessor des Civilgerichts in Pistoja; später Professor in Trevigi, Siena, Perugia, Florenz; starb 1336.

Seine wichtigste Schrift ist ein Commentar über den Codex, geschrieben zwischen 1312 und 1314.

Hieraus[2]:

L. 13. C. famil. hercisc. (3, 36.)

Certum. haec lex habet duo dicta. Nota in primo dicto, quod, si pater dedit filio suo res aliquas in peculio, illas res non habet praecipuas, sed tenetur eas conferre ... Secundo nota, quod filiusfamilias, qui confert profectitium, tenetur aere alieno deducto conferre, quando jam fuit condemnatus ratione peculii. Quid si non fuit condemnatus ratione peculii? Glossa dicit, quod non; imo est locus cautioni indemnitatis praestandae; quod facit ad quaestionem mercatorum societatum, qui contrahunt et obligantur

1) v. Savigny Bd. VI. S. 64 ff. —

2) Nach der Ausgabe: Papiae 1483. 2 voll. fol. ohne Blattzahlen. —

et volunt deducere, antequam restituant id, in quo sunt obligati. Nam videtur, quod non possunt; sed cavendum est eis, ut hic, nisi essent iam condemnati. Sed cum hodie in Italia fiant instrumenta continentia guarentisias, de quibus notatur infra de confessis l. un., quae habent paratam executionem, posset dici idem, ac si iam condemnatus esset ille, qui sic contraxit.

L. un. C. de confessis.

Confessos. . . . .

. . . Secundo quaeritur: hic dicitur, quod confessus pro* iudicato habetur, numquid eo ipso ita, quod non sit damnari? Videtur, quod sic, ut l. proinde § ult. [3]. Glossa habet dictum contrarium. Tu vero dic plenius. Aut confessio emittitur per modum contentiosae iurisdictionis, aut per modum voluntariae. Primo casu aut emittitur ante titis contestationem, aut post. Si ante litis contestationem, non fertur sententia definitiva, sed fit praeceptum [4], si post litem contestatam, tunc fertur definitiva [5]. Secundo

3) L. 25 §. 2. D. ad l. Aquil. (9, 2.)

4) ff. de in iudic. l. si debitori. (l. 21 D, 5, 1.) et probatur expresse: ff. de procur. l. si reus. (l. 73. D. 3, 3.)

5) ut infra de te. ap. l. fi. § illud. (l. 5 § 4 C. 7, 63.) et de custo. reor. l. si confessus. (l. 5 D. 48, 3).

casu, quando per modum voluntariae iurisdictionis, verbi gratia tu venis ad me et dicis: mutua mihi X, dico ego: volo, quod tu confitearis coram iudice, et sic vadimus sponte coram iudice et confiteris, isto modo non fertur definitiva, sed praeceptum de solvendo et mandatur executioni; sic videmus de consuetudine servari et minime sunt mutanda etc. Et huic assimilatur praeceptum guarentisiae, i. e. confessio, quae fit in Tuscia, maxime Florentiae a iudicibus et notariis habentibus super hoc potestatem a statutis terrarum, quod quidem praeceptum habet paratam executionem, ut videmus.

Tertio quaeritur: dicitur hic confessus in iure, quid appellamus in iure? numquid tunc, si iudex sedet pro tribunali? vel cum deambulat? vel etiam in balneo? In hoc articulo distinguit Rofredus: aut quaeritur de confessionibus, quae fiunt ad praeparationem iudicii, et tunc possunt quolibet loco fieri [6]; aut loquimur de his, quae fiunt ad litis decisionem, et istae non possunt fieri, nisi iudice sedente pro tribunali, quia confessio tunc et senteutia pariter ambulant, ergo etc [7]; praeterea talis confessio requirit causae cognitionem et sic non potest de plano expe-

6) ff. de interrog. act. l. voluit §. ult. (l. 4 § 1. D. 11, 1.)

7) ff. de iusti. et iure l. penul. (l. 11. D. 1, 1.)

diri [8]), et hoc tenent quidam moderni, ut Odofredus et Lambertinus ramponis. Alii moderni, ut Jacobus de arena, probabilius distinguunt: aut quaerimus de confessionibus, quae fiunt per modum contentiosae iurisdictionis, quae redditur in invitos, et tunc habet locum sententia Rófredi et sequacium; aut quaerimus de confessionibus, quae procedunt per modum voluntariae iurisdictionis, ut guarentisiae, quae hodie fiunt, ut tunc quolibet loco fieri possunt, quia ea, quae inter volentes fiunt, ubique possunt expediri [9]).

.... Nono quaeritur: numquid ex confessione competit iudicis officium implorandum pro executione facienda? Rofredus in libello suo videtur distinguere: aut quis confitetur per modum voluntariae iurisdictionis, et tunc non credit iudicis officium competere, aut per modum contentiosae iurisdictionis, et tunc concedit, quod competat officium iudicis et possit executioni mandari confessio per iudicis officium [10]). Pe[trus de Bellapertica] et verius credit idem in confessione facta per modum voluntariae iurisdictionis; nam iudi-

---

8) supra de dila. l. a procedente. (l. 4 C. 3, 11.) ff. de. off. procons. l. nec quicquam § ubi decret. (l. 9 § 1. D. 1, 16.)

9) ff. de ma. vindic. l. non est omnino. (l. 7 D. 40, 2.) de off. procon. (1, 16.) l. 2. —

10) ff. de re iud. l. post rem iud. (l. 56 D. 42, 1.) ff. ne vis fiat ei. l. 1 §. si quis missus. (Ist l. 3 D. 43, 4.)

cis officium locum habet in omnibus, quae nota sunt iudici, ut iudici [11], sed hoc notorium est iudici, ergo etc. Praeterea, cum tunc sit eadem ratio, ergo idem ius; et sic per quemcunque modum emissa confessione habet locum officium iudicis, quod paratam habet executionem [12]; quod facit ad consuetudinem praecepti de guarentisia, ubi videmus executionem paratam esse.

Decimo quaero iuxta praecendentia, numquid confessio facta coram uno iudice possit mandari executioni per alium iudicem? Nam, sicut dictum est supra, confessio per modum voluntariae iurisdictionis potest coram quocunque iudice fieri. Pone ergo, quod mercator existens apud Venetias coram officiali confessus est, se debere certam pecuniae quantitatem; modo Bononiae vel Florentiae petitur a iudice Florentino, ut illa confessio mandetur executioni per officium suum, numquid poterit? tota die contingit de facto. Videtur, quod sic, quia lex dicit, quod iudices ad invicem mutuo se iuvare debent [13]. Breviter non credit Jacobus de arena nec Petrus, quod possit unus iudex confessionem factam coram

---

11) ut ff. finium regun. l. si irruptione (l. 8. D. 10, 1.) et infra de accu. l. ea quidem. (l. 7 C. 9. 2.)

12) ut supra de executione rei iud. l. 3. cum similibus.

13) ut supra de offi. praefec. africae l. in nomine domini. (§ 10. l. 2. C. 1, 27.) ad hoc facit ff. de admi. tu. l. titium § tutores (l. 47 § 2. D. 26, 7.)

altero auctoritate propria executioni mandari [14], unde non obstat, quod iudices mutuum auxilium praestare sibi debent, quia verum est ad requisitionem, alias non [15], nisi iudex, a quo petitur, fuerit superior delegans.

.... Duodecimo quaeritur iuxta hoc: numquid confessus in iure, cui sua confessio praeiudicat, potest appellare? Quidam volunt dicere, quod non. Sed de hoc nota ff. de appell. l. ul. § iussus. et dic, ut notatur infra: quorum appellatio non recipitur l. 2.

L. 2. C. Quorum appellatio non recipitur. (7, 65.)

Observare .... Contra legem istam opponitur et videtur, quod semper possit appellari, ut ff. de app. l. non tantum. Solutio: aut reus est convictus et confessus, et tunc non potest appellari; aut tm̄ [16] confessus, licet convictus, et tunc potest appellari, ut ibi.

---

14) ut ff. de offi. procon. l. unica; muß wohl heißen l. 1. (D. 1, 16.)

15) ut in auct. ut nulli iudi. § si quis vero comprehensorum. (Nov. 134 c. 5.) et ff. de tu. et cu. da. l. divus. Muß heißen: l. divi, d. i. l. 24 D. 26. 5.)

16) Muß heißen: non. —

L. 5. C. eod.

Ab executore...........................

Quaeritur circa legem istam primo: pone, iudex non exequitur ipso facto, sed pronunciat de exequendo, numquid a tali pronunciatione poterit appellari? Glossa hic et ff. de ap. l. ab executore dicit, quod sic. Odofredus dicit contrarium, quia sive exequatur sive pronunciet exequendum, non poterit appellari, et hoc illa ratione, ne res trahatur in infinitum, arg. supra de fruct. et li. ex. l. terminato [17]) et de transac. l. fratris [18]); item, quia haec lex dicit simpliciter, quod non potest ab executore appellari, ergo etc, ut ff. de publi. l. de pretio [19]). Circa hoc videndum est, quomodo iudex procedit. Ex sententia enim oritur actio iudicati, quae potest intentari pro executione, ut supra de iureiur. l. actori [20]), item officium iudicis, quod habet paratam executionem [21]); et quaecunque via eligatur, pars citanda est. Nam si eligitur actio iudicati, tunc datur libellus et processus fit iudiciarius, et tunc, si condemnatus habet exceptionem, quae possit opponi post

---

17) L. 3 C. 7, 51. —

18) L. 10 C. 2, 4. —

19) L. 8. D. 6, 2. —

20) L. 8. C. 4, 1. —

21) ut ff. de minor. l. si minor XXV ann. [?] et ff. ne vis fiat ei l. si quis missum. (Muß heißen: missus, d. i. l. 3. D. 43, 4.)

sententiam, opponet eam, et si iudex pronunciat inique, appellet. Si vero eligatur officium iudicis, quod est tutius, tunc similiter pars debet citari, quia iudex, antequam exequatur, debet pronunciare interloquendo, in quibus rebus fiat executio [22], et ista interlocutoria non debet ferri nisi vocata parte [23], et tunc pars opponet contra sententiam, vel, si est praesens, etiam contra illud officium, ut ff. de act. et ob. l. actionis verbo [24]. Sed, si iudex non audita parte pronunciat de exequendo vel mandat, ut exequatur, sicut videmus fieri de facto tota die, tunc pars poterit appellare, quia videtur modum excedere exequendo, . . . unde, quando pars habet exceptionem, quae potest post sententiam opponi, si iudex non audiat, sed procedat sive pronunciando de exequendo sive ipso facto exequendo, appellari potest; si autem non proponatur tale quid, non potest appellari. Sic intelligo sententiam Odofredi.

L. 14. C. de non num. pec. (3, 30.)

In contractibus. . . . .

Quarto quaero: pone, quod aliquis in iudicio confessus est et promittit, numquid habet excep-

---

22) ut ff. de re iudi. l. a divo pio § 1. [§ 2?] (l. 15 D. 42, 1.)

23) ut e. t. l. de unoquoque. (l. 47 D. 42, 1.)

24) L. 37 D. 44, 7. —

tionem non numeratae pecuniae? Respondeo: aut promisit per modum voluntariae iurisdictionis, aut per modum contentiosae iurisdictionis, ut quia invitus fecit. Primo casu non praeiudicat sibi, imo habet exceptionem non num. pec. ut hic; quod facit pro debitoribus, qui obligantur instrumento guarantisiae, quia dico, quod ibi est quaedam confessio per modum voluntariae iurisdictionis, quam aut iudex aut tabellio ex forma statutorum civitatum exercent. Secundo casu, quia invitus fecit, non praesumitur factum spe futurae numerationis, et tunc sibi praeiudicat; nam non est verisimile, quod confessus fuisset, nisi pecunia sibi numerata esset, ut ff. de verb. obl. l. inter sti. § stichum [25]).

---

25) Muß wohl heißen: § si stichum, d. i. l. 83 § 1. D. 45, 1. —

XII. *Bartolus de Saxoferrato.*[1]

Geboren 1314; lehrte von 1339 bis 1357 in Pisa und Perugia, war vorher Assessor in Todi und Pisa; starb 1357.

Hinterließ Commentare über das ganze corpus iuris civilis, Consilien und kleinere Abhandlungen.

A. Aus den Commentaren:

L. un. C. de confessis.[2]

Confessos. Haec est notabilis lex et habet notabilem glossam. Breviter hoc intendit:

1. Confessus in iure habetur pro condemnato et contra eum potest fieri executio. Iste textus habet duas partes, ut patet in summa. Nota, quod confessus in iure habetur pro condemnato. Simile in l. 1 ff. eod.

2. Nota, quod a confessione sua quis non potest recedere, quod dicam in l. error. de iur. et fac. ignor. et dixi ff. eo. l. 2.

3. Tertio nota, quod confessio habet exe-

---

1) v. Savigny Bd. VI. S. 122. ff. —

2) Bartoli a Saxoferrato commentaria in Codicem. Basil. 1562 f. pag. 716. — Basil. 1588 f. Vol. II pag. 222 — 223.

cutionem paratam. Ita dicit hic textus et l. post rem ff. de re iud. et l. debitorib. eo. ti., quod nota et tene menti. Et propter hoc in civitate ista instrumenta confessionata mandantur executioni sicut sententiae definitivae, quia per statutum, si sit confessio facta coram notario, videatur facta coram iudice. In Tuscia vocantur instrumenta guarentigionata, quod nota.

L. 15 D. de re iudicata. (42, 1.)

§. 1 *Sententiam Romae* . . . . 7. [3]) Quaero, si arbiter tulit sententiam in civitate ista, an possit alibi executioni mandari ex mero officio iudicis? Respondeo: sic, nec requiritur arbitri vel alterius iudicis requisitio, sed quicunque iudex, cui subest condemnatus, poterit dictam executionem facere [4]). Et est ratio, quia hoc dictat aequitas. Cum enim arbitri non possint exequi per se, nullam sibi facit iniuriam alius exequendo nec exspectatur eius requisitio; secus in iudice, ut dictum est.

8. Et per hoc dicerem idem in instrumentis, in quibus continetur praeceptum guarentigiae secundum consuetudinem Tusciae, ut possint ubique executioni mandari, nullius exspectata re-

3) Bartoli a Saxoferrato Comment. in Dig. novum. Basil. 1588. f. Vol. I pag. 357.

4) l. cum antea § 1. C. de arb. (l. 5 C. 2, 56.)

quisitione. Nam notariis conceditur a statutis iurisdictio praecipiendo partibus, ut observent contenta in instrumentis, quod praeceptum ex forma praedictorum statutorum mandatur executioni, sicut sententia definitiva, exequendi vero nullam habent auctoritatem, sicut arbitri.

L. 11. D. de transactionibus. (2, 15.)

Post rem. [5] Si post sententiam potest esse dubium, potest transigi.

1. Nota ex lege ista, quod per negationem efficitur res dubia, ... quod .. est verum, nisi probationes sint adeo manifestae in contrarium, quod negari non possint, ut si appareret contrarium per sententiam vel alias esset res notoria.

2. Per istam legem cum similibus dicimus, quod, quando petitur executio alicuius sententiae, pars, contra quem petitur, non potest petere, illam causam compromitti in arbitratores ex forma statutorum loquentium, quod quaestiones compromittantur, cum non sit quaestio, quia iam decisum, et cum arbitramentum sit transactio et transigi non potest post rem iudicatam, ergo etc. Et idem videtur, quando petitur executio instrumenti guarentigiati vel confessionati, quod habet vim iudicati seu sententiae secundum formam

---

5) Bartoli Comment. in Dig. vet. Basil. 1562 f. Vol. I pag. 232. Basil. 1588 Vol. I pag. 317. —

statutorum Tusciae, quod non possit peti compromissum, quemadmodum de re iudicata.

3. Videamus ergo, quando possit transigi post rem iudicatam. Et breviter super eo, quod est decisum, non valet transactio, et hoc, si constat; secus, si dubitatur, ut hic. Et ideo, si sententia dicatur nulla ex aliqua probabili causa, quae non contineat manifestam calumniam, potest transigi, quia tunc negatur data, scil. rite. Item si est appellatum vel appellari potest. Item puto, si opponeretur aliqua de illis exceptionibus, quae possunt opponi post rem iudicatam, ut notatur in l. 1 C. de iur. et fac. igno. Sed advertendum est, quia exceptiones, quae opponuntur post sententiam, quandoque respiciunt ipsam sententiam, et tunc de causa tota poterit transigi et compromitti in arbitratorem. Quandoque opponuntur aliquae exceptiones, quae respiciunt executionem, non autem elidunt sententiam. Verbi gratia in petitione hereditatis obtinuisti, quod pronunciatur, quod tu es heres; demum in executione vis capere unam rem tanquam hereditariam; certe de hoc bene poterit transigi, an res sit hereditaria, non autem posset transigi de eo, an tu sis heres.

4. Et eodem modo in exceptionibus, quae opponuntur contra praedicta instrumenta confessionata guarentigiata, de illis posset transigi et compromitti, nisi statutum esset factum in contrarium, ut hic.

L. 3 D. Commodati. (13, 6.)

§. 2. *In hac actione*[6]). . . . .

11. Item ex hoc habes aliam practicam communem: secundum statuta et consuetudines Tusciae instrumenta confessionata mandantur executioni et habent vim sententiae definitivae. Quaero ergo, quando petatur executio instrumenti continentis debitum frumenti, vini vel olei: utrum habeatur ratio aestimationis a tempore morae? Secundum opinionem glossae non habetur, quia officium iudicis exequentis se non extendit ad hoc, sed super instrumento solum petitur executio, et tempore facti instrumenti videtur lata sententia, ergo etc. Sed secundum opinionem, quam teneo, quod etiam post sententiam crescat aestimatio, tunc haberetur ratio huius aestimationis, et ita servatur.

L. 2 D. de confessis. (42, 2.)

Non fatetur. . . . .

15. Item est advertendum, quia in instrumentis, in quibus notarii faciunt praeceptum ex auctoritate statuti guarentigiae, puto, quod tunc

---

6) Bartoli comm. in Dig. vet. Basil. 1588 Vol. II pag. 242.

talis error [7]) potest revocari, sicut confessio facta in iure; et huius legis materia ibi habet locum per omnia [8]).

L. 22 D. si certum petatur. (12, 1.)

Vinum . . . .

7. cum secundum statuta Italiae instrumenta guarentigiata et alia instrumenta habeant vim sententiae definitivae et mandentur executioni, sicut sententia definitiva [9]).

L. 25 D. ad leg. Aquil. (9, 2.)

§. 2. *Notandum* [10]). . . . .

2. Secundo nota, quod nullae sunt partes iudicis in confessum, nisi in condemnando. Quod est verum in civilibus, in criminalibus secus.

3. Ultimo nota pro statutis Italiae, quae dicunt: instrumenta habent paratam executionem; quod est verum, si instrumentum est liquidum, sed si non est liquidum, secus; ut promisisti emendare damnum; tamen non apparet, quan-

---

7) Es ist nehmlich in dem Vorhergehenden überall von der Wiederruflichkeit eines Geständnisses wegen unterlaufenen Irrthums die Rede.

8) Dig. nov. Basil. 1588. Vol. I pag. 386. —

9) Dig. vet. Basil. 1562 pag. 528. — Basil. 1588. vol. II. pag. 48.

10) Dig. nov. Basil. 1588 vol. I. pag. 616. —

tum sit. Certe ego adibo iudicem, ut declaret damnum, non ut condemnet. Ita debet intelligi l. 1 de senten. quae sine cer. quan.

L. 1. D. Judicatum solvi. (46, 7.)

In stipulatione . . . .

3. Quaero, an in fideiussorem, in iudicio sisti, fiet executio [11]? Gul. [ielmus] de Cu. [neo:] [12]) quod non . . . Reperi, quod dominus Joannes Fagioli de Pisis in quadam sua disputatione tenuit contra per l. sancimus C. de fideiuss., quod mihi satis placet duobus concurrentibus. Primo, quod certa poena sit promissa, si non steterit iudicio, si stipulatio habet certam quantitatem et liquidam. Secundo, quod sit apposita certa dies sistendi in iudicio; ita loquitur dicta l. *sancimus* . . . . Si vero haberet diem limitatam, tamen non haberet certam poenam, sed committeretur ad interesse, adhuc dico idem, quod mereatur executionem . . . quia videtur confessus, se debere interesse, si non steterit. Et si dicas: quomodo meretur executionem, cum quantitas non sit certa? Respondeo: in ipsa exe-

---

11) Scil. sine nova actione. —

12) Französischer Jurist, im J. 1310 Professor zu Orleans; s. dedicatoria des Celsus Hugo Dissutus an Nicolaus Boërii in der Ausgabe der Lectura Guilhelmi de Cuneo super Codice Lugd. 1513 f.

cutione certificabitur et declarabitur istud interesse, sicut apparet, quando fertur sententia incerta in universalibus iudiciis, quia certificabitur in executione, ut notatur in l. 1 in princ. in prima glossa magna supra de edendo; et sic debet intelligi l. 1. C. de sent. quae sine cer. quanti. Et ita etiam practicamus quotidie in instrumentis guarentigiatis seu confessionatis, quae merentur executionem ex forma statutorum Italiae. Nam si non continent certam quantitatem, nihilominus merentur executionem, declarata prius et limitata quantitate. Si vero non continent diem sistendi in iudicio, non merentur executionem [13].

L. 1. D. de actionib. et obligat. (44, 7.)

Obligationes . . . .

22. [14]) Quaero: ex forma statuti instrumenta confessionata seu guarentigiata habent para-

---

13) Dig. nov. Bas. 1562. pag. 684. — Bas. 1588. Vol. II. pag. 301. — Ganz dieselbe Ansicht gibt Bartolus in l. 1. (num. 17.) de legatis II. Ed. Bas. 1562. Infort. pag. 560. — Ed. Bas. 1588. Infort. vol. II. pag. 83: si aliquis promittit in instrumento interesse vel aliquid incertum, quod illius instrumenti potest peti executio ex forma statutorum, sicut si contineret certam quantitatem: et tunc in iudicio declarabitur quantitas.

14) Dig. nov. Basil. 1588. vol. I. pag. 520. —

tam executionem; utrum hoc erit verum in eo, cui competeret utilis [actio] vigore illius instrumenti? Respondeo: sic, quod apparet. Nam domino, lata sententia pro procuratore suo vel procuratore iurante, competit utilis, et tamen dominus potest petere executionem, sicut si haberet directam, l. si procurator ff. de procuratorib. et de re iud. l. 4 § 1 et 2, de iureiur. l. nam postea § iusiurandum.

L. 12 D. de bonis auct. iud. possid. (42, 5.)

Cum unus . . . .

11. Et ideo [15], cum hodie instrumenta confessionata seu guarentigiae habeant vim sententiae definitivae, si pignora capiantur, sicut in causam iudicati, ideo putarem, salva meliori deliberatione, quod idem esset in illis pignoribus captis vigore illorum instrumentorum, quod esset in pignore iudiciali, et quod capitur in causam iudicati; quod tene menti [16].

L. 60 D. de condictione indebiti. (12, 6.)

Julianus verum . . . .

12. Et per hoc dico: statutum est hic, quod

---

15) Es wird nehmlich hier die Regel: prior tempore potior est iure abgehandelt. —

16) Dig. nov. Basil. 1588. vol. I. pag. 435. —

contra instrumentum non possit opponi exceptio solutionis vel quittationis, nisi illae probentur per aliud instrumentum; modo primo ego solvi, et quia non potui probare solutionem per instrumentum, fui coactus iterum solvere; certe facta secunda solutione repetam, quod primo solvi, per condictionem sine causa ... [17]

L. 2. C. de his, quae vi metusve causa. (2, 20.)

Cum te non solum . . . .

8. Quaerit glossa: quid si iuravi per metum dare decem et postea solvo sponte, an possum repetere? Glossa hic dicit, quod non, licet iure canonico; contra, quia videor solvere metu periurii, ut repetam, arg. ext. de iureiu. c. debitores [18] et ext. eo. c. ad aures [19] et vide glossam.

9. Et huic iuri canonico standum esset in his.

10. Ex quo nota, quod, ubicunque in solutione potest subesse alia causa, quam approbatio primae promissionis, quis non praesumitur illam approbare, ut videbitis infra lege proxima;

---

17) Dig. vet. Bas. 1588. vol. II. pag. 192. —

18) X. 2, 24. cap. 6. —

19) Cap. 3. X. de iis, quae vi metusve (1, 40.) nehmlich gl. ad v. nisi forte iuramento. —

et hoc, quia, quando videor solvere metu periurii, solvo non, ut approbem promissionem primam, sed ut non sim periurus.

11. Et per hoc dico, quod in ista civitate et aliis civitatibus Tusciae, ubi contra instrumentum non potest opponi exceptio doli vel metus, quando aliquis capiatur et fiat solutio, quod solvens non videtur primam promissionem approbare, sed videtur solvere, ne capiatur, et posset repetere. Facit ad praedicta, quod dixi ff. quod vi aut clam l. 1. § et parvi.... [20]

L. 1. D. quod vi aut clam. (43, 24.)

§. 2. *Et parvi refert* [21]. . . . .

2. Item opponitur, quod contra hoc interdictum competant exceptiones saltem quatuor: ut infra eod. l. prohibere § fin. et § sed si permiserit et l. si alius § bellissime et § est et alia et l. semper § hoc interdictum infra eod. Solutio: quod hic dicitur, *nulla iusta exceptione*, subaudi, nisi quatuor, quae illis legibus ponuntur; vide gl. in verb. nulla, quae incipit: scil. tali.

3. Illa glossa est argumentum ad quaestionem: dicit statutum, quod contra instrumentum publicum non possit opponi, nisi exceptio falsi-

---

20) Cod. Basil. 1588. vol. I. pag. 246. —
21) Dig. nov. Basil. 1588. vol. I. pag. 472. —

tatis et quittationis et solutionis, et nulla alia possit opponi; certe debet intelligi, quod nulla alia possit sc. frivola; nam aliae iustae exceptiones non videntur per statutum prohiberi, ut hic cum sua glossa. Pro hoc l. ita nobis pudor, et quod ibi notatur per glossam et per Cynum C. de adult. Pro hoc facit, quando Papa scribit in literis: appellatione remota, intelligitur sc. frivola. Pro hoc facit infra a quib. appell. non licet l. 1 § interdictum. Ego in ista materia sum consuetus dicere sic: Quandoque opponitur exceptio, quod illud non est instrumentum publicum; tunc fateor, quod ista exceptio potest opponi. Nam statutum dicit: contra instrumentum publicum etc., et sic ante omnia debet constare, instrumentum esse publicum, l. 4. § condemnatum ff. de re iud. et ideo contra solennitates instrumenti posset opponi, ut sunt anni domini, vel indictio, vel subscriptio notarii et similia, quae notantur in l. generali C. de tab. lib. 10. Item si statutum dicit: contra instrumentum confessionatum, vel si dicit: contra praeceptum iudicis, vel: contra laudum latum ab arbitris etc., possum opponere: non est praeceptum iudicis vel laudum latum ab arbitris. Pro hoc l. non ignorat C. qui accus. non poss.; et ita disputando determinavit Nic. mat. [22]).

---

22) Nicolaus Matarellus um 1279; v. Savigny Bd. V. S. 382.

4. Sed quid si oppono, quod instrumentum est simulatum? Certe simulatio bene facit deficere contractum; . . sed tamen bene est instrumentum publicum; . . est enim instrumentum publicum de contractu simulato: unde ista exceptio non posset opponi, nisi a statuto permitteretur, quia non impugnat instrumentum, sed impugnat vires contractus contenti in instrumento.

5. Sed quando hoc est liquidatum primo, quod est instrumentum vel laudum latum ab arbitris et similia, utrum possint opponi aliae exceptiones, quam quae permissae sunt a statuto? Dico sic: aut illae aliae exceptiones descendunt ex aliquo capitulo statutorum eiusdem civitatis; et illae possunt opponi, non obstante, quod sit dictum: nulla alia exceptio opponatur, arg. huius l. cum sua glossa et dictae l. ita nobis pudor cum ibi notatis. Non enim est verisimile, quod se ipsum per illa generalia verba voluerit corrigere, l. non ad ea de condi. et demon. [23]) l. si quando in prin. C. de inoffic. test. [24]). Si vero illae exceptiones descendunt ex aliis partibus iuris, tunc dico, quod non possunt opponi; debemus enim inhaerere verbis statuti quanquam duris, l. prospexit ff. qui et a quibus [25]) l. 1. § si is, qui navem ff. de exerci. [26]).

---

23) L. 89. D. 35. 1. —
24) L. 35. C. 3, 28. —
25) L. 12. §. 1. D. 40, 9, —
26) L. 1. §. 19. D. 14, 1. —

6. Tamen circa hoc sunt advertenda quaedam. Nam si quidem opponatur exceptio contra personam, ut puta: non potes esse in iudicio, quia minor, quia excommunicatus vel bannitus et similia, et tunc ista non prohibetur per statutum, quia instrumentum [leg. statutum] prohibet opponi exceptionem contra instrumentum, sed istae exceptiones non respiciunt instrumentum, sed personam agentis, arg. l. filio ff. de inoff. test.[27]).

7. Item adverte, quia si statutum dicit: nulla alia exceptio possit opponi, tamen si competunt aliae exceptiones legitimae, iure communi poterit quis implorare officium iudicis, per quod actor prohibetur ab agendo; licet enim quis prohibeatur excipere, non tamen prohibetur officium iudicis implorare, l. plane ff. de pet. hered.[28]) et l. fin. eod. tit.[29]) et l. 3. in fi. ff. nau. cau. sta.[30])

8. Sed si statutum diceret: nulla alia exceptio vel defensio admittatur, tunc non posset etiam iudicis officium implorare, quia omnis defensio est exclusa.

9. Quid ergo erit remedium tunc? Respondeo: remedium erit, quod solvat et repetat. Sed circa hoc de repetitione dices tu: ille, qui solvit

27) L. 16. D. 5, 2. —
28) L. 38. D. 5, 3. —
29) L. 58. D. 5, 3. —
30) D. 4, 9. —

mandato iudicis, non poterit repetere tanquam indebitum, l. 1. C. de cond. indeb. [31]. Quomodo ergo dixi, quod repetat? Respondeo: si competit aliqua actio ita, quod non sit necesse redire ad condictionem indebiti vel sine causa, esset clarum. Verbi gratia volebam tibi opponere exceptionem: dolo facis, quia petis, quod restiturus es per aliam actionem. Certe, si non fuit admissa ista exceptio, tunc solvo et repeto actione mihi competente, et ita practicatur quotidie. Sed si haberem necesse redire ad condictionem indebiti vel sine causa, est dubium. Finaliter dico, quod condictio indebiti vel sine causa habet locum, l. si fideiussor § in omnibus ff. mandati [32] et l. si fullo ff. de cond. sine cau. [33]. Nec obstat, quod dicitur in l. 1 C. de cond. indeb. quia verum est, quod non possum repetere tanquam indebitum, quando causa illa, i. e. utrum esset debitum vel indebitum, potuit in illo primo iudicio examinari, cuius vigore factum est praeceptum. Et ratio est tunc, ne infringam iudicis sententiam. Sed quando examinari non potuit, nil impedit, quin competat condictio indebiti vel sine causa, argumento eorum, quae scripsit Cynus [34] in l. 1 C. de cond. indeb. Et pro hoc

---

31) C. 4, 5. —

32) L. 29. §. 5. D. 17, 1. —

33) L. 2. D. 12, 7. —

34) Welcher jedoch auf die speciell hieher gehörigen Fragen (aus den Stadtrechten) nicht eingeht. —

facit c. debitores de iureiur. [35], ubi debitores coguntur solvere usuras et repetunt. Ratio: quia propter iuramentum exceptio [36] non poterat opponi.

L. 4. D. de re iudicata. (42, 1.)

§ *Condemnatum* [37]. Vides ergo, quod sententia, quae est nulla, non meretur executionem. Quaero: utrum exceptio nullitatis impediat executionem sententiae? Et adverte et videtur casus, quod sic, ut hic et infra eod. l. si cum nulla [38] et C. de execu. rei iudi. l. 1. et supra de iudi. l. si praetor § Marcellus [39] et l. iudicati C. si ex fal. inst. [40]. In contrarium videtur casus in l. fi. C. de ordi. co. [41]. Quid dicemus? Istam quaestionem videtur ponere Speculator de lit. conte. § quando autem [42], ubi videtur distinguere, an liqueat vel non. Jnn. [Innocentius] tractat de hoc ext. de offi. deleg.

---

35) X. 2, 24. Cap. 6. —

36) Sc. usurariae pravitatis, — weil die Promission eidlich bekräftigt war. —

37) Dig. nov. vol. I. fol. 243. (Ed. Bas. 1588. f.)

38) L. 58. D. h. t. —

39) L. 75. D. 5, 1. —

40) L. 4. C. 7, 58. —

41) L. 7. C. 7, 19.

42) Durantis speculum Lib. II. partic. II. Rubr. de litis contestatione § penult. Ed. Mediol. 1509. fol. 212b. —

c. cum in iure [43]) et ext. de appel. c. ex ratione [44]).

2. Breviter dic: quandoque ex parte eius, qui opponit exceptionem nullitatis, nihil est probandum, ut quia dicit: non fui citatus vel non fuit procurator, qui egit; et tunc exceptio nullitatis impedit executionem, ut hic et l. licet C. de procu. [45]) et l. 2 C. de senten. quae sine certa quanti.; et sic intelligatur quod notat Innocentius in c. cum in iure. ex. de offi. deleg. infra eod. l. si cum nulla. et l. 1. C. de exec. rei iud.

3. Quandoque est aliquid probandum in causa nullitatis, et tunc aut ista cognitio habet altiorem indaginem, et tunc non impedit executionem, l. fi. in fi. C. de ordi. cog. et l. 2. C. ad leg. Corn. de fal. [46]). Si vero in continenti posset probari, tunc impedit executionem, l. iudicati C. si ex fal. instru. et de iudi. l. si praetor § Marcellus... Et sic intelligitur dictum Speculatoris in tit. de sen. § qualiter autem [47]); et

---

43) X. 1, 29. c. 31. — Apparatus praeclarissimi iuris canonici illuminatoris D. Innocentii papae IV super V lib. Decr. et super Decretalibus ... Lugd. 1534. f. fol. LIV$^{b.}$ —

44) X. 2, 28. c. 8.— Innocentius l. c. fol. CXXII$^{b.}$ —

45) L. 24. C. 2, 13. —

46) C. 9, 22. —

47) Durantis spec. lib. II. partic. III. Rubr. de sententia. § 4. Ed. Mediol. 1509. fol. 289. seq. —

probo per rationem: quia in executione sententiae debet adhiberi cognitio summaria [48]; sed in cognitione summaria exceptiones, quae requirunt altiorem indaginem, respuuntur [49], sed illae, quae possunt in continenti expediri, admittuntur [50]; et idem, si petatur restitutio in integrum adversus sententiam [51].

4. Ulterius procedo et quaero: qualiter intelligatur in continenti? Respondeo: tu scis, quod in executione debet adhiberi cognitio, ut fiat primo missio in bonis mobilibus, secundo in immobilibus, tertio in nominibus et actionibus. Unde, si intra tantum tempus possit expediri ista exceptio, intra quod ista executio expediretur, si nulla exceptio fuisset opposita, dicitur fieri in continenti. l. si is, a quo in prin. ff. ut in poss. legat. [52]....

---

48) L. a. divo pio § si super infra eod. (l. 15 § 4. D. 42, 1.)

49) L. 3 § ibidem supra ad exhiben. (l. 3 § 13. D. 10, 4.)

50) L. ille, a qua § si de testamento supra ad Trebel. (l. 13 § 2. D. 36, 1.)

51) dicta l. iudicati et dictus § Marcellus et C. de fal. [9, 22.] l. 2. — et C. preci. imperat. offeren. [1, 19.] Auth. quae supplicatio. — et ext. de in integr. restit. c. suscitata. (cap. 5. X. 1, 41.)

52) L. 3. D. 36, 4. —

B. Bartoli consilia. Lib. I cons. 71.

.... Praeterea dictum instrumentum continet in fine sui praeceptum guarentigiae; et sic perinde est, ac si iudex praecepisset dicto Gello ad petitionem dictae dominae Massae, quod in omnem casum dictam pecuniam daret dictae Cellae .... Praeterea constat in iudiciis, quod dicta conceptio, scilicet: condemno te uni, ut solvas alii, valet, quod apparet in omni condemnatione, quae profertur in personam procuratoris ... Sed cum instrumentum, in quo est praeceptum guarentigiae, sit quoddam praeceptum sive sententia, ergo etc. Concluditur ergo dictam stipulationem valere et dictum instrumentum executionem mereri [53].

---

53) Consilia quaestiones et tractatus D. Bartoli Lugd. 1552. f. fol. 24.

XIII. *Baldus de Ubaldis.*[1]

Geboren um's Jahr 1327 zu Perugia; lehrte von 1344 an in Bologna, Perugia, Pisa, Florenz, Padua und Pavia; starb im J. 1400.

Hinterließ Commentare über die Civilrechtsquellen, über einen Theil der canonischen Rechtsquellen, verschiedene Arbeiten über den Prozeß, fünf Bücher Consilien, mehrere kleine Schriften.

Aus den Commentaren[2]:

L. 27 C. de fideiussorib. et mandatorib. (8, 41.)

Si fideiussor[3] . . . .

2. Idem nota hanc legem ad instrumentum guarentigiae, quae guarentigia est observantia alicui iniuncta per mandatum tabellionis, qui est iudex ordinarius et dicitur chartularius, ut notatur gl. in l. 1 ff. de iudi.

L. 4 C. de adoptionib. (8, 48.)

Adoptio. Tabellio ex vi tabellionatus nul-

1) v. Savigny Bd. VI. S. 185 ff.

2) Nach der Ausgabe: Venet. ap. Juntas. 1586. f. —

3) Cod. vol. IV. fol. 163. —

lam habet iurisdictionem nec potest authoritatem interponere in legitimis actibus.

1. Nota, quod tabellio non potest facere praeceptum guarentigiae, nisi in privilegio fiat mentio, quod sit etiam iudex ordinarius. Vel sic: ubi iurisdictio requiritur, sola scriptura tabellionis non sufficit [4].

L. 5 C. de executione rei iud. (7, 53.)

Etiam. Nomen debitoris potest capi pignori in causam iudicati, hoc intellige .., si debitor confitetur.

1. Sed quid si debitor non vult confiteri? Respondeo: non fit executio ...

2. .. Quaero: quid in pignore conventionali, numquid possit obligari nomen debitoris negantis? Respondeo: nulli est dubium, quod sic.

Sed quid si debitor negat et statim de mendacio convincitur per publicum instrumentum? Respondeo: nec tunc fit executio secundum glossam. Alii dicunt, quod imo tu dicas, quod aut possunt convinci per instrumentum, quod habet executionem paratam, ut per instrumentum sententiae, vel iurisiurandi, vel more Tuscorum per instrumentum guarentigiae, vel more Perusinorum per instrumentum confessionatum: et tunc fit executio negatione non obstante, quia non

---

4) Cod. vol. IV. fol. 171. —

requiritur strepitus iudiciorum in instrumentis exequibilibus, ut l. post rem ff. de trans.; aut tale instrumentum non habet executionem paratam, et tunc, quia lis sub iudice esse potest, negatio rem dubiam facit et imo inexequibilem. Et nota, quod Tusci appellant instrumentum guarentigiae illud instrumentum liquidum, in quo notarius, qui scripsit instrumentum, facit praeceptum de solvendo authoritate legis municipalis. Perusini appellant instrumentum confessionatum, quando quis promittit de confessione coram iudice facienda arg. ff. de pac. l. tale pactum. §. quae provocavit [5]).

3. Et quia quotidie quaeritur de istis executionibus est considerandum, quod, ubi deficit substantia vel solennitas, praeceptum guarentigiae non valet. Est autem substantia id, quo primum res aliquid est; natura, qua primum res talis est; solennitas est, qua primum solennis est, et id, quo primum deducitur ad esse vel ad naturam esse. Substantia ergo ponit rem in quidditate, natura ponit rem in qualitate et differentia, solennitas est quidam modus circa ipsam. Pone ergo, quod substantia deficit, puta, quia instrumentum est confectum cum furioso, praeceptum nihil valet; idem si instrumentum sit factum in carcere ad utilitatem et locupletionem

5) Muß heißen: qui provocavit, d. i. l. 40 § 1. D. 2, 14. —

incarcerantis ... Item pone, quod est contractus innominatus, qui proprie naturam non habet, nisi sit processum ad implementum saltem unius partis; dico ergo, quod praeceptum ad executionem istius contractus factum non valet, nisi agentis impletio sequatur, quia, si principale virtutem non habet, ergo nec accessorium ....

4. Item pone, quod statutum sit, ut in contractibus certa solennitas servetur; nam praeceptum guarentigiae illa solennitate non servata non valet, licet istud praeceptum non sit contractus, ut ff. de verb. obl. [6]) l. verba contraxerunt, ff. de transa. l. cum hi § si Praetor [7]); nam perfunctoria praecepta legis efficaciam non habent. Conclude ergo, quod ad hoc, ut guarentigiae sint servandae, oportet, quod necessaria adsint et absint obstantia. Idem dicas in instrumento confessionato, quia necessarie oportet, quod assumat vim et virtutem a causa ipsum producente.

5. Or modo dubitatur de hoc casu. Quidam foenerator mutuavit mihi revera centum, et fuit celebratum instrumentum guarentigiae in hac forma, quia ego promisi restituere ista centum intra mensem, et a mense ultra quod esset licitum creditori accipere istam quantitatem ab alio

---

6) Muß wohl heißen: de verb. signif. d. i. l. 20. D. 50, 16. —

7) L. 8 § 17. D. 2, 15.

sub usuris et tunc ego promittam sortem et usuras; dubitatur, utrum iste sit exequibilis, si dicat sibi mutuatum ab alio sub usuris? et dico, quod non, imo habet probare, quod sua intererat accipere sub usuris propter aliquod eminens periculum. Illud enim instrumentum est suspectum, maxime si in eo dicatur, quod stetur simplici dicto foeneratoris. Item, ne detur foeneratoribus materia defraudandi sacros canones et illudendi divinum praeceptum [8]....

L. 3 C. de pignorib. et hyp. (8, 14.)

Creditores . . . .

9. Istud ius propria authoritate ingrediendi aequiparatur iuri ingrediendi concesso per iudicem, unde est videndum, an istud ius sit executivum, ut transeat in singularem successorem, quoniam iura personalia non transeunt in successorem [9]. Et ideo instrumenta guarentigiata mandantur executioni solum contra obligatum, non autem contra singularem successorem exercentur........

Quod autem dixi, ius executivum actionis personalis non afficere successorem singularem, intelligitur, nisi in eum alienatio in fraudem

8) Cod. vol. IV. fol. 73. —

9) de re. permu. l. cum precibus. (l. 4 C. 4, 64.) — ff. de re iud. l. saepe § fi. (l 63 D. 42, 1.)

facta sit, quia tunc alienatione rescissa poterit fieri executio [10].

11. Unde contra universalem successorem datur ius executivum [11].

12. Unum adde, quod executio sententiae contra universalem successorem non potest fieri nisi ipso successore prius citato ..., quod tene menti tu Florentine, qui petis universalem successorem capi actione instrumenti guarentigiati, quia non potes, nisi prius ipse citetur [12].

L. 1. C. ne filius pro patre. (4, 13.)

Neque ex eius. . . . .

9. Quarto iuxta hoc dubitari posset de simili quaestione: dicit statutum, instrumenta, ubi est praeceptum guarentigiae, mandentur executioni, viso instrumento et citatione non praemissa, numquid habet locum in instrumentis factis extra territorium? et videtur, quod non, quia exorbitat a iure communi et ideo restringendum. Tu dic contra, quia procedere ordine praetermisso est quidam ordo irregularis; nam ordo est, non servare ordinem in talibus. Sed quantum ad or-

---

10) ut inst. de actio. § item si quis in fraudem (§ 6. J. 4, 6.) notata in l. 3 ff. de alienat. iudic. (D. 4, 7.) coniuncta glossa sua magna. —

11) ut l. quod ipsis de reg. iur. (l. 143 D. 50, 17.)

12) Baldus in Cod. vol. IV. fol. 141b. —

dinem inspicimus locum iudicii, sive loquamur de ordine processus, sive de ordine executionis [13]).

10. Quinto quaero: quid si in loco executionis nulla potest opponi exceptio quantumcunque peremtoria, numquid, si instrumentum est factum extra territorium, poterit opponi exceptio attento iure communi et poterit fieri probatio? Respondeo: sic, quia hoc pertinet ad decisionem causae et ideo inspicimus locum, in quo fit contractus, ubi viget ius commune, si aliud non appareat [14]).

L. 22. C. Mandati. (4, 35.)

Per diversas. . . . .

21. Decimo quaero, an habens ius cessum dicatur creditor? hoc est utile scire propter statutum, quo cavetur, quod debitor debeat capi ad petitionem creditoris, numquid capietur ad petitionem cessionarii? Jac. But. [-rigarii] disputando determinavit, quod sic, quia, sive proprie dicatur creditor, sive non, tamen habet ius credi-

---

13) ut l. 2 quemad. testa. aper. (C. 6, 32.) et infra de exa. tri. l. missi opinatores. (l. 7. C. 10, 19.) ad hoc facit, quod Bartolus notat in l. a divo pio § sententiam ff. de re iud. s. oben Bartolus ad l. 15 D. de re iud. —

14) Baldus in Cod. vol. II fol. 25. —

toris et in ius eius etiam succedit, arg. ff. de usucap. l. id tempus.

Et per hoc solvitur alia quaestio, si statutum dicit, quod praescribatur creditori quinquennio, idem in cessionario, et fuit quaestio ipsa disputata per dominum Thomam de Forma.[-glinis] [15]) et per Ricar. Malum. [-bram] [16]). Pro hoc facit lex nostra in fi. ubi dum dicit: *quaecunque cessa sunt vel fuerint, tenorem sine quadam immunitione* [17]) [*obtineant.*]

Adverte tamen, quod, si statutum diceret, quod caperentur sine citatione, non puto, quod ad petitionem cessionarii caperentur sine citatione; nam super hoc debet debitor citari, ut discutiatur, an sit ius cessum nec ne. [18])

L. 2. C. de executione rei iud. (7, 53.)

Si causam. . . . .

6. Pone: dicit statutum, quod omnia instrumenta tabellionum, qui sunt matriculati, mittantur executioni quemadmodum sententiae, quae transierunt in rem iudicatam, quaeritur, utrum

---

15) Thomas de Formaglinis aus der ersten Hälfte des XIV Jahrhunderts; v. Savigny Bd. VI. S. 419. — 16) Richardus Malumbra aus Cremona, trat um 1295 als Lehrer in Padua auf, starb 1334. v. Savigny Bd. VI. S. 44—46.

17) Muß heißen: *imminutione.*

18) Bald. in Cod. vol. II. fol. 102. —

illud statutum intelligatur de non liquidis? Respondeo: non; possunt tamen liquidari per omne genus probationis, ut notat Bartolus in l. 1 ff. de leg. II. Nam instrumentum non liquidum continet obligationem licet velatam, quae potest detegi tam testibus quam instrumentis, ut extra de re iu. c. sicut nobis [19].

Sed an sufficiat, quod notarius fuerit in matricula tempore rogationis, licet non sit tempore iudicii? Respondeo: sic, quia exequibilitas est quaedam virtus et quidam favor ipsi instrumento cohaerens ab origine, nec separatur ab eo, cum sit quoddam quid statim in se essentialiter perfectum, arg. in c. 1. si testes pares esse desierunt coll. 10; nam instrumentum statum suum non perdit, quem a principio assumpsit, licet notarius postea sit dematriculatus, ut supra de test. l. 2, l. errore et l. testamenta.

7. Or modo quaero de alia quaestione: dicit statutum, quod contra executionem instrumenti guarentigiae non possunt opponi nisi quaedam exceptiones; pono ergo, quod instrumentum non est liquidum, sed petitur liquidari et eo liquidato liquidatum pronunciari, deinde exequi; opponuntur quaedam exceptiones peremtorie in statuto non contentae; quaeritur, quid iuris? Respondeo: refert, utrum opponantur ad remo-

---

19) X. 2, 17. c. 16. —

vendum et enervandum instrumentum, et non possunt opponi, aut ad enervandum dictam liquidationem, et tunc opponi possunt; et imo contra dictum instrumentum non potest opponi, quod stipulatio est sine causa, sed bene posset opponi exceptio obstativa liquidationi; . . . statutum enim non dicit, quod non possit excipi contra liquidationem, ergo in hoc standum est iuri communi; ergo omnia instrumenta conditionalia et incerta, dum liquidantur, non gaudent beneficio statuti, sed postquam interlocutum erit, ea esse liquidata, tunc statutum de exequendo incipit habere vires.

8. Ex his apparet, quod super liquidatione est citanda pars, quia causae cognitionem requirit. . . . .

9. Quaero: numquid si instrumento continetur pactum nudum, et etiam constat, quod est nudum, utrum debeat dictum instrumentum exequi? Respondeo: sic; nam statutum de executione instrumenti disponit, ergo per consequentiam disponit, quod pactum nudum vestiatur litteris, alias non esset exequibile, unde dico, quod propter instrumentum ista dicitur legitima conventio, quia lege municipali adiuvatur ad agendum, ut ff. de pact. l. legitima [20]. Tene menti. [21]

20) L. 6. D. 2, 14. —
21) Baldus in Cod. vol. IV. fol. 72. —

Authent. Contra, qui propriam. C. de non numerata pecun. (4, 30.)

Contra qui propriam . . . .

23. [22]) Deinde ex ista authentica habes practicam, quod ille, qui fecit scripturam, potest citari, quod veniat ad recognoscendum eam, et si hoc fit libello non oblato super debito, procedetur interrogative sine libello, ut notatur ff. de interrog. act. super rubr. —

L. 2. C. sententiam rescindi non posse. (7, 50.)

Peremptorias. . . . .

19. Quaero: pone statuto cavetur, quod instrumentum guarentigiae executioni mandetur, an poterit opponi exceptio peremptoria? Respondeo: sic, quia quantum ad excludendum exceptionem istud instrumentum non habet vim sententiae, cum nulla causa iudicialis praecesserit, et si competit exceptio, ergo potest opponi [23]).

L. 14 C. de non numerata pecunia. (4, 30.)

In contractibus. . . . .

15. [24]) Quinto quaero: quid de his, qui ob-

---

22) Baldus in Cod. vol. II. fol. 81b. —
23) Baldus in Cod. vol. IV. fol. 64. —
24) Ibid. vol. II fol. 84. —

ligantur ex instrumento guarentigiae, ubi continetur praeceptum, quod facit iudex vel tabellio per modum voluntariae iurisdictionis in confessum? Respondeo, quod tunc potest opponi exc. non num. pec. quia illud praeceptum venit in consequentiam confessionis mutui vel dotis, unde quatenus tenet principale, eatenus tenet praeceptum, et non ultra. Ita dicit hic Cynus notabiliter. Si autem in figura iudicii fieret oblato libello confessio et praeceptum, standum esset confessioni et praecepto et tunc transit in rem iudicatam secundum eum, quod tene menti; et hoc verum, nisi statutum disponeret contrarium, ut notatur per Cynum super fam. ercisc. et per eundem in l. i. de confess.

XIV. *Angelus de Ubaldis.*[1]

Bruder des Baldus, geboren um's J. 1328; bekleidete die Advokatur, mehrere Stadtämter, meist aber die Professur, und zwar vom Jahre 1351 an in Perugia, Padua, Florenz und Rom; starb im J. 1407.

Hinterließ Commentare über die römischen Rechtsquellen, Consilien und mehrere kleinere Schriften.

Aus seinen Commentaren[2]:

L. 5 D. de re iudic. (42, 2.)

§ *Si iudex*. . . . .

3. Et per hoc dico, quod omnia statuta Italiae simpliciter disponentia, ut instrumenta publica habeant executionem paratam, iuri [communi] contradicant; secus puto in statutis disponentibus, quod instrumenta guarentigiae habeant executionem paratam. Nam guarentigia nil aliud est, nisi quoddam praeceptum, quod fit per notarium de instrumento rogatum parti roganti, ut

---

1) v. Savigny Bd. VI S. 219 ff. —

2) Nach der Ausgabe: Lugduni 1561 f. (Dig. III voll Cod. I vol.)

observet in continenti contenta in instrumento; et fit id praeceptum in volentem et acceptantem, et fit autoritate statutorum potentiam concedentium ipsi notario; sicut igitur praeceptum iudicis factum in confessum habet executionem paratam, ut l. si debitori ff. de iudi., ita et tale praeceptum notariorum ..., cum ratio diversitatis reddi non possit [3]).

L. 15. eod.

§. *Sententiam* . . . .

3. Et subdit [Bartolus] per hoc, instrumenta guarentigiae, quae habent executionem paratam ut sententiae definitivae ex forma statutorum Tusciae, posse coram quocunque iudice executioni mandari officio iudicis. Adde, quod eius dicta credo vera, ut non requiratur requisitio, ex quo nulla infertur iniuria iudicanti. Sed dum subdit, peti executionem sententiae arbitri per officium, hoc falsum est. Nam ex sententia arbitri tria remedia oriuntur, aut actio in factum, aut utilis in rem, cum est lata in reali, aut condictio [4]). Sed non invenio, pro ea posse officium iudicis implorari. Eodem modo dico, in instrumentis guarentigiae non posse illam viam executivam tentari; cum sit proditum a statuto, ori-

3) Dig. nov. fol. 41. —

4) l. ne in arbitris. C. de arbi. § 1. (l. 4 C. 2, 56.)

tur condictio ex statuto, quae personalis actio est, unde nimirum, si ubique cum suo privilegio illa actio potest intentari, ut l. fi. § penul. C. de praescrip. XXX annor. Angelus [5]).

L. 12 D. de bonis autor. iud. poss. (42, 5.)

Cum unus. . . . .

2. Et quod dixi de pignore iudiciali, extendas ad instrumenta guarentigiae, quae habent instar sententiae [6]).

L. 2 D. de reb. cred. et certi condict. (12, 1.)

§. *Creditum* . . . .

2. Et imo instrumentum guarentigiae super dote pure promissa confectum non habebit executionem paratam, nisi contractis nuptiis; inest enim conditio tacita obligationi praedictae [7]).

L. 5 D. de iureiurando. (12, 2.)

Non erit. . . . Nota, quod iuramentum vim obtinet probationis. Et ideo praeclusa omni via probandi erit praeclusa via iurandi; facit C. de non num. pecu. l. in contractibus § 1. Et

---

5) Dig. nov. fol 42. —

6) Dig. nov. fol 53b. —

7) Dig. vet. fol 199. —

ideo, si ex forma statuti contra instrumentum guarentigiae non potest fieri probatio obiectorum, nisi per instrumentum, et excipiens, si super obiectis velit adversario iusiurandum deferre, non audietur, ut hic, quod nota et vide, quod dico in l. fi. § 1 de vulg. et pup. infra, et perpetuo tene menti, quia notabile ....

2. Ex hoc colligo notabilem doctrinam, quod, si ex forma statuti contra laudamenta vel arbitramenta vel instrumenta guarentigiae nihil potest obiici, sed iudex alio non discusso teneatur ea executioni mandare, tamen potest obiici exceptio nullitatis; facit optime de re iudic. l. 4. § condemnatum.

3. Item adverte, quia, si ex forma statuti etiam non possit obiici exceptio nullitatis, tamen si nullitas causatur ex defectu potestatis arbitrio attributae, de illa obiici poterit [8].

L. 60. D. de condict. indeb. (12, 6.)

Julianus. . . . .

4. Ex forma statuti non potest probari debitum solutum nisi per instrumentum; debitor condemnatus, qui iam solverat, si postea solvat, repetit, quod solvit primo, per condictionem sine causa et illam solutionem poterit probare per testes [9].

---

8) Dig. vet. fol. 208b. 209. —

9) Dig. vet. fol. 228b. —

L. 58. D. de petitione hereditatis. (5, 3.)

Filius a patre . . . .

Et id tene menti, quod post latam sententiam, ubi petens executionem est in dolo, potest conventus implorare officium iudicis, ut removeatur ab illa petitione; et hoc deduc in notabilem practicam,

2. si petitur executio instrumenti guarentigiae, contra quod non possunt obiici nisi certae exceptiones, quia, si petitor est in dolo et exceptio non est de permissis, imploret conventus succurri sibi per officium iudicis; et non exeat de tua memoria. Si tamen statutum diceret, quod non audiatur conventus ad aliquam defensionem, officium non haberet locum. [10])

L. 14. D. de usuris et fructib. (22, 1.)

Heres rogatus. . . . .

2. Et hinc est, quod forte alibi dicitur, si ex forma statuti non possunt opponi contra instrumentum confessionatum nisi tantum tres exceptiones, certe illa dictio taxativa non habet impedire, quin aliae exceptiones similes possint opponi [11]).

---

10) Dig. vet. fol 161. —

11) Dig. vet. fol. 276b. —

L. 48 D. de vulg. et pup. substitut. (28, 6.)

§ *Titius heres*. . . . .

2. Unde statutum disponens, quod instrumenta guarentigiae pura et liquida habeant executionem paratam, habebit locum in instrumentis conditionalibus post purificatam conditionem, quod nota tu Florentine [12]).

L. 75. D. de legat. I.

Si sic. . . . .

2. Et ideo si statutum dicit, quod debitor per instrumentum guarentigae capiatur ad meram voluntatem creditoris, prout est Florentiae: quod viso instrumento poterit incipi a captura etiam nulla citatione praecedente, . . . [dico] quod hic non tollitur defensio, licet varietur defendendi modus; reservantur enim exceptiones ex postfacto, quae reservari possunt de iure [13]). Quinimo et defensio tolli potest ex causa, unde multo fortius temperari modificari aut ordinari. [14]) . . .

---

12) Dig. infort. fol. 48b. —

13) ut L. fi. C. de compensa. (l. 14. C. 4, 31.) et infra ad treb. l. ille a quo § fi. (l. 13 D. 36, 1.) C. de edicto divi adria. (6, 33.) l. 2.

14) ut l. si servus C. de his qui ad eccl. confu. (l. 4 C. 1, 12.) l. reprimendorum C. quando lice. sine iudi. se vindi. (muß heißen l. opprimendorum, d. i. l. 2. C. 3, 27.) de novi ope. nunc. l. de pupillo §. meminisse. (l. 5 §. 10 D. 39, 1.)

Et cum ista quaestio fuisset mihi commissa solvenda Florentiae, ita consului et ita extitit iudicatum [15].

L. 95 D. de verbor. obligat. (45, 1.)

Ita stipulatus. . . . .

2. Per hoc etiam dicebam . . . in quaestione statuti Florentini disponentis, quod publicum instrumentum et scriptura privata recognita habens certum terminum solutionis annexum executioni mandetur ad voluntatem creditoris incipiendo etiam a captura, ut non habeat locum, si solutioni dies certa apposita est cum pacto, quod ante diem certificatio fieri debeat per actorem, quoniam illud pactum reddit terminum conditionalem; quod est notatu dignum et tene fixum menti [16].

L. 24 D. de testam. milit. (29, 1.)

Divus. Testamentum militis militantis non tamen existentis in praelio non tenet, nisi duo testes rogati intervenerint; hoc dicit . . . : non est amplius quaerendum de privilegio actus quam constet de actu . .

2. Unde, si privilegium datur instrumento, ut instrumento guarentigiae, prius constare opor-

15) Dig. infort. fol. 85b. —
16) Dig. nov. fol. 137. —

tet, quod sit instrumentum publicum, vel quod contineat guarentigiam validam; sic et si privilegium datur instrumento sententiae, oportet prius constare, quod sit sententia. Unde admittitur exceptio nullitatis propter defectum iurisdictionis, quae facit, ut sententiae nomen non mereatur habere [17].

L. 2 D. Quemadmod. testam. aperian. (29, 3.)

§ *Testamentum.* Testamentum nullum aut falsum non est proprie testamentum, sed abusive...

2. Statuta ergo loquentia de executione instrumentorum vel testamentorum non vendicant sibi locum in falsis nullis vel simulatis [18].

---

17) Dig. infort. fol. 54. —

18) Dig. infort. fol. 66^{b}. —

XV. *Bartholomaeus de Saliceto.* [1]

Geboren um's Jahr 1330; Professor in Bologna im J. 1363, später in Padua und Ferrara, zuletzt wieder in Bologna; starb im J. 1412.

Sein Hauptwerk ist der Commentar über den Codex, begonnen im J. 1373, vollendet im J. 1400. Hieraus [2]:

L. un. C. de confessis.

Confessos . . . .

1\. . . . Nota primo, quod confessus habetur pro condemnato a lege; . . secundo, quod confessio legitima non revocatur sine causa; et ex hoc sequitur aliud, quod neminem sine causa audit praetor; . . ultimo, quod cogitur solvere confessata . . . .

7\. Opponitur modo . . , quod etiam confessus extra iudicium habeatur pro condemnato, ut l. voluit §. quod ait praetor ff. de interro. act. Solutio . ., quod . . intelligatur confessus in iure sive in iudicio, quando est confessus coram iudice nedum sedente pro tribunali, sed etiam praeambulante per palatium, vel in eius camera,

---

1) v. Savigny Bd. VI., S. 227 ff. —

2) Nach der Ausgabe: Lugd. 1549. ap. Franciscum et Claudium Marchant fratres. IV voll. fol.

intellige semper iudice et ad instantiam partis interrogante, an ita sit; et istis casibus statim praeiudicat, ut hic. Ubi autem iudex non intervenit, tunc confessio dicitur extraiudicialis.

Sed attende : hic ista glossa vult, quod ubicunque sit iudex, quod confessio statim praeiudicet; sed doctores latius dicunt: quod si per modum iurisdictionis voluntariae, ut videmus fieri in instrumentis quarentigiae, maxime in Tuscia, quibus iudex vel tabellio ex potestate sibi tributa a statuto facit praeceptum confitenti, ut solvat ad certum terminum, et tunc glossa ista dicit verum, quod ubicunque fieri potest coram iudice, et non per *l. voluit*, quia de alia confessione loquitur, sed ea, quae sunt iurisdictionis voluntariae, possunt exerceri ubicunque [3]. Sed dicit Cynus, quod non praejudicat, quando opponi possit de non numerata pecunia, quando totum procedat ex partium conventione [4]. . . . .

35. Quaero octavo, an confessio habeat paratam executionem sicut sententia, ut sic iudicis officium possit implorari pro eius executione? Rofredus dicit, quod sic, si sit facta per modum contentiosae iurisdictionis, non, si voluntariae. . . Petrus [5]) vero, quem sequitur Cynus, dixit, quo-

---

3) ut ff. de offi. proconsul. (1, 16.) l. 2. — ff. de ma. vin. l. non est. (l. 7 D. 40, 2.) et ibi glossa. —

4) Salicetus in Cod. vol. IV. fol. 60 b.

5) Petrus de Bellapertica.

cunque modo sit emissa, potest implorari iudicis officium pro ea exequenda ex eo: primo, quia iudicis officium se exhibebit in omnibus, quae sunt nota iudici ut iudici, . . . secundo, quia eadem est ratio in iurisdictione voluntaria, quae in contentiosa, ergo idem ius . . . Hanc opinionem tenet Bartolus. . . Ego puto aliter dicendum, videlicet, quod aut confessio fit ad litem seu ad iudicium evitandum, ut est in confessione facta ante litem contestatam, et isti verum dicunt, quia fit ei praeceptum de solvendo, ut l. si debitori ff. de iudi. Aut fit ad litis contestationem vel post litem contestatam respondendo positionibus, et isti male dicunt, quia sententia definitiva est necessaria, ut superius dixi; et hoc notatur etiam in glossa, et illa esset, quae executioni erit mandanda [6]).

36. Quaero tunc nono: eo casu, quo executionem habet paratam [confessio] facta coram uno iudici, possit mandari executioni per alium iudicem? puta mercator Florentiae et Bononiae [7]) existens confessus est coram iudice vel officiali, se certam quantitatem debere Gaio; an Gaius poterit in Florentia petere illam executioni mandari? Jaco. de ra. [8]) et Petrus, quos sequitur

---

6) Salicetus in Cod. vol. IX. fol. 63. —

7) Soll wohl heißen: mercator *Florentinus Bononiae*.—

8) Jacobus de Ravanis, Franzose, geb. um 1210—1215. gest. 1296. v. Savigny Bd. V S. 531 ff.

Cynus, dixerunt, quod non, arg ff. de offi. consul. l. 1. . . . . . et hoc, quando implorat iudicis officium pro executione. . . Ex quo infero, quod, si vellet agere actione in factum, quae nascitur ex confessione, posset coram alio iudice agere [9].

L. 10. C. Mandati. (4, 35.)

Si pro ea. . . . Fideiussor vel mandator, antequam solvat, non agit mandati, nisi vel sit condemnatus, vel reus bona dilapidet. . . . . . .

8. . . Sed dubitari potest de octavo insurgente ex quodam contractu moderno, puta si fideiussor est obligatus instrumento guarentigiae, hoc est instrumento eodem, quo se obligat et fatetur se debitorem esse ex dicta fideiussione, et notarius, qui est iudex chartularius ex potestate sibi concessa a statuto, facit ipsi et principali praeceptum de solvendo et hoc ipse etiam scribit in instrumento, et ita frequentatur in aliquibus partibus Tusciae, in aliquibus non est necessarium hoc praeceptum, sed sufficit, se guarentasse, i. e. confessum se debitorem esse, et tale instrumentum habet paratam executionem uti sententia, an tunc agere poterit ante solutionem? Baldus dicit, quod sic post modicum tempus ad instar condemnati vel fideiussoris indicii [iudicii? iudicati?] et inducit etiam, quod notat Cynus in l. certum. ff. fam. her. [10].

---

9) Salicet. in Cod. vol. IV. fol. 63.

10) S. oben: Cinus ad l. 13 C. fam. herc.

Ego dubito, quia considerato modo, i. e. quod intercessio et confessio ac etiam praeceptum fuerit simul et quasi instanti et voluntarie ex quadam tacita conventione, quod non sic post modicum tempus possit agi [11].

L. 22. C. Mandati.

Per diversas . . . .

14. Quaero XIII: statuto cavetur, ut ad petitionem creditoris debeat debitor capi, cui factum est praeceptum de solvendo, numquid tale statutum locum habebit in cessionario? Dicit hic Baldus, quod Jacobus Butrigarius dixit, quod sic, quia sive proprie dicatur creditor sive improprie, habet tamen jus creditoris. . . . In ista quaestione dico, quod proprie creditor non est, quia fidem debitoris non est secutus, ut requiritur in l. 1 ff. si cer. pe. [12], sed improprie dicitur creditor eo respectu, quo alter est eius debitor, l. 3 infra de nova. [13];

---

11) Salicet. in Cod. vol. II. fol. 190 b.

12) De rebus creditis, si certum petatur, et de condictione (D. 12, 1.): „E re est. . pauca de significatione ipsius tituli referre. Quoniam igitur multa ad contractus varios pertinentia iura sub hoc titulo Praetor inseruit ideo *rerum creditarum* titulum praemisit; omnes enim contractus, quos alienam fidem secuti instituimus, complectitur.»

13) C. 8, 42. —

et ita debet intelligi textus in sequenti versiculo *sed cum hi* [14]), ubi creditor vocatur. Item eo respectu, quo subrogatorie omnia iura creditoris originarii in eum transferuntur et ideo pignora et hypothecas potest vendere ut ille, ut supra de act. et obli. l. si a creditore, ubi hoc scripsi, qui textus melius ad propositum facit, et per hoc videtur, quod capi possit.

Sed dubium stat in hoc, an capi possit ex praecepto facto ei de solvendo ante cessionem actionum, an vero sit necesse, quod de novo fiat aliud praeceptum ad instantiam cessionarii priusquam ad eius instantiam possit capi. Et videtur, quod primum [praeceptum] exspiravit cum priori creditore, nec debet deinceps solvi nec posset ei debitor solvere sciens cessionem factam esse[15]), et sic necessarium sit, ut prius aliud praeceptum fiat ei ad petitionem cessionarii; quod puto verius, etiam si constet de cessione contra eum facta, quia non competit ad huiusmodi capturam, se scire debitorem esse, sed oportet, quod praeceptum fiat ei ad petitionem creditoris, cui solvi debet. Pro hoc etiam facit: quia de iure cessionarii prius debet constare, cum cessio pos-

14) in seq. versic. sed cum hi, d. i. in l. 23 C. Mandati. —

15) l. 3 infra de nova. (C. 8, 42.)

sit non tenere, ut hic, cum multis ex causis infringantur cessiones . . . et sic prius citari debet [16].

16) Salicet. in Cod. vol. II. fol. 195^b et 196. --

XVI. *Raphael Fulgosius.* [1]

Geboren im J. 1367 zu Piacenza; im J. 1389 Professor in Pavia, später in Padua; starb im J. 1427 zu Padua.

Sein Hauptwerk ist der Commentar über den Codex.

Hieraus [2]:

L. un. C. de confessis.

Confessos [3]. . . . . Nota primo, confessum in iure haberi pro condemnato; glossa I. allegat concordantia.

2. Secundo nota, a confessione in iure facta non posse sine causa recedi.

3. Nota et tertio, quod contra confessum in iure fit executio quemadmodum contra condemnatum; et ita statuuntur quatuor menses confesso quemadmodum condemnato. Hinc processit illa consuetudo Tuscorum, ut instrumenta guarentigiata et confessata habeant paratam executionem quemadmodum definitivae sententiae,

4. quoniam tabularii communiter ibi sunt iudices ordinarii, quos appellamus tabularios iu-

---

1) v. Savigny Bd. VI. S. 237. ff.
2) Nach der Ausgabe: Lugduni 1547. II voll. f. —
3) Fulgos. in Cod. vol. II. fol. 173. —

dices, de quibus habetis in l. fi. supra ubi et apud quem.

L. 3 C. ubi et apud quem cognitio. (2, 47.)

Cum scimus . . . .

4. Hos vulgo appellamus iudices chartularios, qui faciunt chartas, id est notarios. Nam fere omnes notarii in partibus Tusciae sunt iudices ordinarii et habent tantummodo iudicandi facultatem inter volentes [4].

L. 13 C. famil. hercisc. (3, 36.)

Certum . . . .

2. Hodie tamen, et notate, dicit Cynus, quoniam instrumenta publica habent executionem paratam, sicut sententia definitiva, nam sunt confessionata et guarentigiata, ut dicitur in Tuscia, ideo debitores tanquam confessi in iure non sunt amplius condemnandi, sed habentur pro condemnatis, ut l. un. infra de confessis; nam notarii sunt iudices ordinarii et dicuntur iudices chartularii; cum igitur habeantur pro condemnatis, possunt tales de praesenti deducere id, quod debent suis creditoribus et de quibus est factum instrumentum publicum. [5]

---

4) Fulgosius in Cod. vol. I. fol. 116b. —

5) Fulgos. in Cod. vol. I. fol. 163b. —

L. 2. C. de sent. quae sine certa quant. (7, 46.)

Quanquam pecuniae. . . . .

2. . . . . quia in executione ipsius sententiae fiet liquidatio quantitatis damni sine libello, quoniam litis contestatio non exigitur in executione iudicati [6]), ...

4. quod perquam utile esset in partibus Tusciae, in quibus publica instrumenta guarentigiata habent paratam executionem, sicut definitiva sententia; nam si ipsa instrumenta guarentigiata habent in se quid incerti, per articulum in executione poterit liquidari, et bene nota [7]).

---

6) argu. l. a divo Pio § si super rebus. de re iudica. (l. 15 § 4 D. 42, 1.)

7) Fulgos. in Cod. vol. II. fol. 162. —

XVII. *Ludovicus Pontanus s. Romanus.*[1]

Geboren zu Spoleto im J. 1409; Professor zu Siena im J. 1433, dann Advokat zu Florenz und zuletzt päpstlicher Protonotarius zu Rom; starb 1439.

Hinterließ Commentare über die Rechtsquellen, Consilien, u. a. m.

Aus den Consilien[2]:

Cons. 133.

In christi nomine amen. In praesupposito casu praesupponendum est, nos non [versari] in terminis primi statuti positi sub rubrica: de cogendo debitorem ad solvendum etc., quum illud loquitur, ut ex se patet, quando obligatur debitor ex publico instrumento liquido guarentigiam non continente.

Nos autem loquimur in debitore, qui ut procurator obligatur vi exactionis ab eo factae et qui cen-

1) v. Savigny Bd. VI. S. 420. — Panzirolus: de claris legum interpretib. Lib. II. cap. 94. Ed. Lips. 1721. pag. 191—194.

2) Nach der Ausgabe: Excell. iuris utr. professoris domini Ludovici Pontani Romani consilia . . . Lugd. 1545 f. (sehr incorrect.)

setur obligatus cum clausula guarentigiae, ut patet in secundo statuto sub rubrica: quod procuratore etc. concedente eos posse exigi summarie et de plano et sine strepitu et sine figura iudicii.

1. Nil enim est instrumentum guarentigiae clausulam continere et consequenter habere paratam executionem, nisi quod vigore eius competit exactio sine strepitu et figura iudicii et de facto incipiendo a captura personae, ut patet ex his, quae notat Bartolus in l. si quis C. depositi. His ergo praesuppositis cum quaeritur, an ex quo praedictus Antonius interpellavit iudicis autoritatem heredi ipsius Joannis procuratoris exigentis, quod pecunias a dicto Joanne exactas infra dies XV restituere deberet, videatur per hoc renunciasse beneficio secundi statuti, per quod conceditur eum petere posse, quod contra procuratorem exigentem vel eius heredes summarie procedatur et de plano sine strepitu et figura iudicii etiam incipiendo a captura personae. Breviter dicendum, hanc quaestionem expresse determinatam ex sententia glossae singularis ad propositum nostrum in clem. saepe in verb. *partibus* de verb. signi. dicentis, quod et posito, quod iudex in causa, in qua procedi potest summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, inceperit ordinarie procedere, nihilominus pars illa, in cuius favorem statutum est, quod summarie procedatur, iudici contradicens facere poterit, quod processus ordinarie inchoatus in sum-

marium mutetur et etiam procedatur sine strepitu et figura iudicii; secus autem, ubi apparet de expresso partium consensu a principio, quia tunc invito iudice poenitere seu contradicere non poterit. Ex quo enim eligit viam ordinariam videtur renunciasse summariae. . . . Cum igitur in praesupposito casu expressim non appareat, quod dictus Antonius in ordinarie procedendo consenserit, poterit iudici ordinarie volenti procedere contradicere redeundo ad beneficium secundi statuti, ut summarie procedatur [3]. . . .

Cons. 42.

In christi nomine amen. Visis quae egregie et eleganter consulta sunt per suprascriptos consultores eximios in casu proposito:

1. An exceptio nullitatis possit opponi per uxorem contra donationem factam in se clausulam guarentigiae continentem? Breviter videtur dicendum, quod non; cum statutum prohibeat opponi omnem exceptionem doli etiam quamcumque aliam et sic generalibus verbis utitur, merito omnem exceptionem videtur includere et nullam excludere, de leg. III. l. Julianus, C. mandati l. a procuratore cum similibus.

2. In contrarium tamen breviter est rei veritas. Considero enim, quod aliquando statutum prohibet contra guarentigiatum contractum omnem exceptionem, et tunc non videtur excludere, quin

3) Ludovici Pontani consilia. fol. 36. —

exceptio nullitatis opponi possit, et maxime, si illa nullitas proveniat ex defectu personae contrahentis, cuius consensum lex impugnat, ... quia, et si contra iudicis sententiam nulla exceptio posset opponi, poterit exceptio nullitatis provenientis ex defectu iudicantis . . . .

3. Et hoc fundatur ratione: primo, quia statutum loquens de guarentigiato contractu intelligi debet de valido et non de nullo; . . . . secundo, quia nullo existente contractu vel instrumento nulla est guarentigiae clausula . . . . . . Aliquando statutum expresse prohibet exceptionem nullitatis contra instrumentum opponi seu contractum guarentigiatum, ut est in casu nostro et in terminis deducitur. Et tunc dico, quod hoc non obstante poterit opponi illa nullitatis exceptio, quae provenit ex facto[4]) seu provisione illius instrumenti seu contractus. Hoc primo fundo ex eo, quod dicit eleganter Bartolus ad propositum in l. 1 ff. de no. oper. nunc.[5]), ubi licet contra novum opus nunciantem non potest in ipso nunciationis actu per eum, cui nunciatur, opponi exceptio, quod nuncians nulliter nunciat eo, quia non habet ius nunciandi, ut l. praetor ait §. ait praetor ff. de nov. op. nunc.[6]),

---

4) Muß wohl heißen: facie. —

5) Bartolus in Dig. nov. Ed. Basil. 1588. Vol. I. fol. 5. num. 5. 6. —

6) L. 20. §. 3. D. 39, 1. —

attamen hoc est verum secundum eum ubi supra [7], quando manifeste non apparet, nunciantem ius non habere, secus si manifeste et certitudinaliter appareat nunciantem ius non habere. . ., quia tunc tali casu potest opponi et illa nunciatio sperni . . . Secundo probo per glossam singularem . . . in l. 1 §. hoc interdictum vers. sine supremae super verbo inspectam ff. de tab. exhiben. [8]) . . . . . . Tertio hoc idem probatur ex eo, quod ad propositum dicit Baldus in l. ex praediis C. de evict. [9]), ut, licet statutum omnem exceptionem [excludat,] opponi poterit exceptio nulla [leg. illa], quae venit ex natura et inspectione ipsius instrumenti aut contractus. . . . .

4. . . . . . Ex praedictis ergo clare apparet, quod, licet statutum excludat exceptionem nullitatis, attamen contra hanc donationem mulier opponere poterit nullitatem, quae resultat ex facie ipsius contractus donationis, cum eo ipso, ut di-

7) Nehmlich ad. l. 1 h. t.

8) Soll heißen: l. 1 § hoc interdictum vers. sive supremae super verbo imperfectam ff. de tab. exhiben. d. i. gl. ad v. *imperfectam* l. 1 § 5 D. 43, 5: „cum habet aliquod vitium testamentum, quod est in aperto . . . tunc non est exhibendum; sed si vitium sit absconsum, . . . tunc est exhibendum, nisi statim qui convenitur sit paratus probare ipsum esse falsum vel ruptum vel nullum.“

9) L. 5 C. 8, 45. —

citur uxor donat viro, ex sui facie illa donatio est nulla.[10]. . . . .

Cons. 337.

In casu proposito . . . duplex substantialis oritur dubitatio.

1. Prima: numquid Stephanus rosseti ante litem in principali causa contestatam iudice eum interrogante ad instantiam Agnemundi Girardi, partis adversae, recognoscere teneatur scripturam privatam, quae producitur, an sit eius manu conscripta. Et in hoc breviter dicendum, regulam esse, ut is, qui dicitur privatam confecisse scripturam, citari possit, ut veniat ad recognoscendum eam, an sit sua manu conscripta. Quodsi propriam scripturam negaverit fueritque de mendacio ipse convictus, in dubio igitur[11] condemnabitur, quod in scriptura continetur. Hic est casus in auth. contra qui propriam C. de non num. pecun. et ibidem . . declarat dominus Baldus, an huiusmodi interrogatio ad partis instantiam potest per iudicem fieri ante litem contestatam. Breviter dicendum est, quod sic, si iudicem ad hoc moverit aequitas aliqua vel rationabilis causa; et hoc eius reliquit arbitrio.

---

10) Ludovici Pontani consilia. fol. 10 b. —

11) Statt dubio igitur ist wohl zu lesen: duplum eius.

2. Ubicunque enim ius dicentem aequitas moverit interrogationem fieri posse dubium non est, ff. de interroga. act. l. ubicunque [12]. . . . .

Cons. 76.

In causa nobilis viri Salomonis de scortrix plura sunt consideranda. Primum, an ipse vigore instrumenti guarentigiati actionem intentare potuerit contra nobilem virum Andream de pactis absque eo, quod facta fuerit sibi cessio per notarium stipulantem. Ad hoc breviter respondeo, quod sibi actio sine concessione acquisita fuerit ..... et hoc operatur clausula guarentigiae....

Quoad tertium, quo quaeritur: an potest praefato Salomoni salarium petenti opponi per Andream exceptio compensationis et non observatorum capitulorum [13]? Quoad primum de exceptione compensationis breviter dicendum est, quod non. Licet enim haec compensatio opponi possit in executione sententiae, ff. de compen. l. cum militi in c. 1. [14], C. eod. tit. l. 2, attamen id est verum, quando illa compensationis exceptio altiorem non requirat indaginem, qualis est haec, quae opponitur sed in continenti dilucidari potest. Ita firmat Bartolus in l. aufertur

12) Ludovici Pontani consilia fol. 111.

13) scil. contractus; will so viel sagen als: exceptio non adimpleti contractus.

14) L. 16 § 1 D. 16, 2. —

§ qui compensationem ff. de iure fisci [15]), et bene,

3. quia nunquam in executione opponi potest exceptio altiorem indaginem requirens, ff. ad exhi. l. 3 § ibidem [16]), ff. ut in poss. leg. l. si is a quo, et plene per Bartolum in l. 4 § condemnatum de re. iu. Hoc manifestissime patet ex statuto volente, quod ad retardandum executionem instrumenti nulla exceptio possit opponi nisi aliquae, quae probarentur per publicum instrumentum. Sed ista per instrumentum probari non possunt, ut ex se patet, ergo etc. . . . .

4. Aequiparatur enim hic executio instrumenti executioni sententiae secundum Bartolum . . . et Baldum . . . ; sed si in executione sententiae non potest opponi, ut supra dixi, ergo nec in executione instrumenti.

Quoad quartum: an in executione praedicta potest opponi exceptio non observatorum capitulorum? Breviter et clare dicendum quod non. .

. . . .

7. Primo, quia, ut dixi, executio instrumenti aequiparatur executioni sententiae, sed in executione sententiae non potest opponi exceptio non observati contractus, l. si duo patroni § si quis iuraverit ff. de iureiuran. . . . Item secundo, quod istud in casu proposito sit verum, probo eviden-

---

15) L. 46. § 4 D. 49, 14. —
16) L. 3. § 13 D. 10, 4. —

tissime. Certissimum, quod non aliud est opponere exceptionem non observati contractus, quam exceptionem indebiti sive *pecunia tibi non debetur, quia non observasti promissa.* Sed certum, quod istam exceptionem non posset opponere hic Andreas obstante sibi statuto, sed habet solvere, velit nolit. Postea repetere poterit ordinario iudicio, si probabit indebitum . . . . .

8. Praeterea tertio, quod non possit opponi, probatur alia liquidissima ratione. Statutum Florentinum [dicit,] quod, si qua exceptio opponatur contra instrumentum guarentigiatum, illa [non] admittatur, nisi probetur per publicum instrumentum. Sed haec exceptio per publicum instrumentum non probatur, sed solum testibus, igitur etc. . . . .

9. Quoad ultimum, an exceptio litis pendentis opponi possit, breviter dicendum, quod executionem sententiae nulla litis pendentia impedit neque retardat secundum Innocentium extra de offi. deleg. c. cum in iure, quod comprobat Baldus in l. 1 C. si plures una sent. et moderni in dictum § condemnatum. [17]).

---

17) Ludovici Pontani consilia fol. 20b et 21.

XVIII. *Paulus de Castro.*[1]

Vom J. 1390 an Professor in Siena, Avignon, Padua und wahrscheinlich auch in Perugia. War eine Zeit lang Auditor des Cardinals Zabarella. Auch an einer Reformation des Stadtrechts von Florenz hat er Theil genommen. Er starb im J. 1441.

Hinterließ Commentare über die römischen Rechtsquellen und Consilien.

Aus den Commentaren [2]:

L. 71. D. de conditionib. et demonstr. (35, 1.)

§ 2. *Titio centum* . . . .

2. Inducitur Dy. [3] ad plures quaestiones et maxime, quod non valet statutum, quod debitor pro debito possit capi . . Bartolus tenuit contrarium, quia hoc potuit fieri per ius commune ubique [4], ergo per statutum in loco statuentium, et hoc, ut possit capi per iudicem.

---

1) v. Savigny Bd. VI. S. 246 ff.

2) Nach der Ausgabe: Lugduni 1521 f. VIII voll. Text, I vol. Index. —

3) Dinus de Mucello.

4) l. 1 C. qui bo. ce. pos. (7, 71.)

3. .... Quid de pacto, si inter contrahentes agitur, quod debitor possit capi? dic, quod si per creditorem, non valet [5]; si per iudicem, videtur, quod valeat; ita refert Baldus fuisse consultum. Alii contra, quia non possunt partes renunciare ordini iudiciario [6]; breviter: si instrumentum continet contractum et confessionem, quae in aliquibus locis dicuntur confessionata, in aliis guarentigiata, quia notarius facit parti praeceptum de solvendo tempore instrumenti celebrati, tale instrumentum habet vim sententiae seu confessionis factae coram iudice et sic potest incipi ab executione; et hoc servatur ubique [7].

L. 56. D. de re iudic. (42, 1.)

Post rem iudicatam. Sentantia iusiurandum et etiam confessio in iudicio facta paratam habent executionem . . . .

3. Quantum ad ultimum de confessione videtur, quod instrumentum confessionatum, quod communi vulgari videtur [8] guarentigiatum, puta,

---

5) l. alia causa. § eleganter. solu. matrimonio. (l. 14 § 1 D. 24, 3.)

6) ut notatur in c. de causis. de offi. deleg. (gl. ad X. 1, 29. c. 4.)

7) Castrensis in Dig. infort. vol. II. fol. 89b. —

8) Muß wohl heißen: dicitur.

quando in fine continetur clausula, quod debitor confitetur omnia supradicta vera esse et notarius tanquam iudex ordinarius facit sibi praeceptum, quod debeat solvere, quandocunque fuerit requisitus, tale instrumentum habet executionem paratam etiam de iure communi, posito, quod nullum statutum hoc diceret, quia continet cofessionem iudicialem, cum notarius sit iudex ordinarius, et potest exercere iurisdictionem inter consentientes. Unde, sicut praeceptum iudicis factum in confessum coram eo haberet executionem 9), ita et tale praeceptum notarii. Communiter tamen statuta hoc disponunt tollendo dubium, quod posset esse, quia videtur hic debere intelligi de confessione facta coram iudice administrationem habente, qualis non est notarius.

In aliis autem locis est consuetudo, quod in instrumento debitor constituit procuratorem unum vel plures, quem vel quos nominaret creditor, ad confitendum debitum ad instantiam creditoris. Et tunc creditor, quando vult instrumentum executioni mandari, eligit quem vult et facit ipsum venire coram iudice et confiteri debitum secundum tenorem instrumenti. Et hoc facto petit instrumentum executioni mandari vel dictam confessionem. Et ita practicatur in curia romana. Et omnes istae practicae emanaverunt

9) ut l. si debitori supra de iudi. (l. 21 D. 5, 1.) cum ibi notatis.

propter istum textum [l. 56 D. de re iud.] et per alios similes dicentes, quod confessus in iure habetur pro iudicato, ut infra tit. 1. l. 1. [l. 1. D. de confessis.] [10]

L. 1. D. de his, quae in testamento delentur. (28, 4.)

§ 3. *Sed consulto*. . . . .

3. . . Hic sunt duae glossae, una super verbo *exstet*, quae dicit, quod, si scriptura testamenti est perdita, licet possit probari, quod in ea continebatur, non poterit peti bonorum possessio de iure praetorio, quia illa requirit tabulas exstare, cum petitur, et quod producantur; licet possit adiri de iure civili.

4. Et hoc inducitur ad quaestionem statuti dicentis, quod instrumenta mittantur executioni, quod, si perditum instrumentum, non habebit locum via executiva, sed est necesse agere ordinarie et probare per testes [11].

L. 15 D. soluto matrim. (24, 3.)

§ 1. *Eleganter* . . . .

4. . . . . Sed statuta terrarum disponunt, quod instrumenta guarentigiata mittantur executioni

---

10) Castrensis in Dig. nov. vol. I fol. 82^{b} et 83. —
11) Castrensis in Dig. infort. vol. I. fol. 66^{b}. —

sicut sententia definitiva, etiam per capturam personae, et non relaxetur, quousque solverit, quantumcunque sit dives [debitor] . . . . . .

5. An autem dicto casu debitor captus possit cedendo bonis liberari a carceribus, sicut posset si captus esset de iure communi [12]? Baldus tenet, quod sic, quia statuta sunt intelligenda secundum ius commune; . . sed Florentiae vidi servari contrarium [13].

L. 15. D. de re iudicata. (42, 1.)

§ 1. *Sententiam Romae dictam*. . . . . . .

4. . . per Bartolum, qui etiam dicit, quod instrumentum guarentigiatum confectum in uno loco mittatur executioni per iudicem alterius loci sine alia requisitione, quia notarius fecit praeceptum guarentigiae functus officio suo ad illud instrumentum. Certe hoc videtur verum, quando in loco, ubi petitur executio illius instrumenti, est statutum, quod instrumenta guarentigiata mittantur executioni . . Secus puto, si ibi non esset tale statutum [14].

---

12) ut in l. 1. qui bo. ced. pos. (C. 7, 71.)

13) Castrensis in Dig. infort. vol. I fol. 14^b. —

14) Castrensis in Dig. nov. vol. I fol. 77.

L. 31 D. de constituta pecunia. (13, 5.)

Lucius Titius. . . . .

2. Et propter hoc Baldus allegat istam legem pro casu in l. si absentis C. si cert. pet., quod, si non valet contractus, de quo fuit confectum instrumentum guarentigiae, non valet etiam praeceptum guarentigiae et sic non habet locum statutum, quo cavetur, quod talia statuta [15] vel praecepta mittantur executioni.

3. Intellige dictum eius sane, quando non erat statutum, quod contra talia praecepta vel instrumenta [nulla] exceptio possit opponi, sed solum diceret, quod mittantur executioni; nam non [16] poterit opponi etiam de nullitate contractus, quia data tali nullitate datur etiam nullitas praecepti facti ad corroborationem contractus argumento huius legis. Sed si diceret, quod nulla exceptio possit opponi aut dici contra talia praecepta, et idem videtur dicendum, quia ad hoc, ut habeat locum statutum, requiritur, quod sit praeceptum, sed data nullitate contractus non est praeceptum, sicut non dicitur sententia, quae est nulla [17]. Sed si diceret, non posse opponi exceptionem contra talia instrumenta continentia praeceptum, tunc non posset opponi nisi excep-

---

15) Muß heißen: instrumenta.
16) Soll wohl tunc heißen.
17) L. fi. C. de sen. ex peri. reci. (7, 44.)

tio, quae redderet instrumentum nullum, puta, quia non confectum a notario, vel quia caret solennitate, quia requiritur, quod sit instrumentum ad hoc, ut statutum habeat locum, argum. in l. divus ff. de testa. mili. Constat autem posse confici instrumentum validum etiam super contractu nullo; ideo non posset obiici exceptio de nullitate contractus, quia per hoc non argueretur nullitas instrumenti, nisi procederet ex eo, quod debitor non potuisset se obligare, puta quia pupillus sine tutore ..; et isto modo intellige plene notata per Bartolum in l. 1. pr. infra quod vi aut clam; tene menti [18].

L. 7. D. de pactis. (2, 14.)

§ 12. *Quod fere novissima* . . . .

8. Secundo allegatur, quod ubicunque de iure communi vel municipali non admitteretur probatio nisi per aliud instrumentum vel scripturam, ut l. testium C. de testi., illud debet intelligi, quando vellet probare contra tenorem instrumenti; si autem contra praesumtionem, quae resultat ex instrumento, admitteretur probatio etiam per testes [19].

---

18) Castrensis in Dig. vet. vol. II. fol. 74. —

19) Castrensis in Dig. vet. vol. I. fol. 62b. —

L. 1 D. de edendo. (2, 13.)

Qua quisque actione. . . . .

9. Nota etiam glossam, quae semper ad hoc allegatur, quod potest peti executio summae non liquidae et in ipsa executione fiet liquidatio. Eodem modo dicunt doctores, si statutum dicat, quod instrumentum mittatur executioni et ego habeo instrumentum super summa [non] liquida, puta super interesse, possum petere executionem et facere capi te vel bona tua et postea liquidabo quantitatem. [20])

L. 8 D. de condict. ob turpem causam. (12, 5.)

Si ob turpem. . . . .

3. Idem si solvi non subsistente causa metus, tamen ex necessitate praecedentis obligationis, quam evitare non poteram, ut si statutum diceret, quod adversus instrumentum guarentigiae nulla possit obiici exceptio, quominus executioni mandetur, et de tali promissione facta per metum fuit confectum instrumentum. Nam si solvo, non videor solvere sponte etiam metu cessante, sed necessitate imposita a statuto, quia sciebam non posse evitare solutionem; ideo repetere possum [21]).

20) Castrensis in Dig. vet. vol. I fol. 52. —

21) Castrensis in Dig. vet. vol. II. fol. $45^{b.}$ —

XIX. *Antonius de Canario.*

Professor des römischen Rechts im Jahre 1440 [1]); hinterließ unter einigen kleineren Schriften [2]) einen im Jahr 1433 geschriebenen Tractat: de executione instrumentorum.

Hieraus [3]):

[Prooemium.] Colligam quaestiones quasdam per numerum circa materiam executionis instrumentorum secundum formam statutorum, quae communiter sunt per Italiam . . . .

1. *Primo* quaero: dictat statutum, quod contra publicum instrumentum nulla exceptio possit opponi, an aliquae iustae exceptiones opponi poterunt? Et videtur, quod non, quia verbo generali omnia comprehenduntur [4]), et ubi lex non destinguit nec nos debemus distinguere, et tantum valet genus quoad omnia, quantum species.

---

1) S. Epilog. seines Tractats de insinuationibus. Tract. Lugd. 1549. Vol. IX fol. 154. —

2) De excusatore sine mandato. (Tractatus Lugd. 1549. Vol. III. fol. 44^b — 46^b.) De insinuationibus. (ib. Vol. IX. fol. 146b — 154.)

3) Nach der Ausgabe in: Tractatus ex variis iuris interpretibus collecti. Lugduni 1549. Vol. V. fol. 277—282.

4) ff. de leg. I. l. si cui servos omnes; (muß heißen l. si cui servi omnes D. i. l. 52.) C. sine censu vel reliq. l. omnes. (l. 3 C. 4, 47.). .

quoad speciem [5], quae iura ad hoc allegat Dynus in c. generi de regul. iur. lib. VI. [6]. Et pro ista parte videtur textus in c. ex parte tua de offi. deleg. in II. responso [7]. In contrarium est veritas, quod solum exceptiones frivolae videntur excludi [8]; et hoc in his terminis tenuit Cynus in l. ita pudor ff. de adulte. [9]. . . .

5. *Quarto* quaero: statutum dictat, quod instrumenta publica habeant executionem paratam et nulla exceptio possit opponi nisi solutionis falsitatis etc., an aliae iustae exceptiones opponi

---

5) ff. de admi. tut. l. si duo. (l. 51. D. 26, 7) de leg. III. si chorus. (l. 79.) de usu et habi. l. si ita. (l. 16 D. 7, 8.) C. de quadr. praes. (7, 37) l. 2. — de praescr. XXX. an. l. omnes. (l. 4. C. 7, 39.)

6) Dyni Muxellani commentarii in regulas iuris pontificii. Lugduni 1577. 8. pag. 201. seqq. —

7) X. 1, 29 c. 13. —

8) arg. ff. qui et a qui. appel. non licet. (D. 49, 2.) l. 1. § interdum. — de appel. c. pastoralis. (X. 2, 28. c. 53.) et c. ut debitus. (c. 59 eod.) et est textus iuncta glossa ff. de petitione here. l. et non tantum § si pro emptore (l. 19 D. 5, 3.) — quod vi aut clam (D. 43, 24.) l. i. § et parvi refert. (§ 2.) — et in d. c. ex parte (X. 1, 29. c. 13.) iuncta glossa, quae incipit: supple. — XII. q. 2. sine exceptione, (Causa XII. Quaestio II. canon *sine exceptione.*) in l. glossa — et in c. licet canon. de elec. (c. 14 in VI^to 1, 6.) in glossa super verbo *in exceptione* — et notata in c. cum quis de rest. spo. (X. 2, 13, c. 6.) in fine primae glossae. —

9) Muß heißen: C. de adulteriis, d. i. l. 28 C. 9, 9. —

poterunt? adverte: in his terminis debet intelligi, quia sic communiter statuta loquuntur, licet simpliciter statuta loquantur . . . .

6. Sciendum est, quod de iure communi sententia confessio et iuramentum executionem paratam habent. . . De secundo, videlicet de confessione iudiciali, est textus : de confessis l. 1, de re iud. l. si debitoribus et l. post rem, videlicet quando emanat in iudicio non oblato libello . . Et si dicatur, qualiter hoc procedit, cum in l. si debitoribus ff. de re iud. dicatur, quod fit praeceptum, respondeo, quod illud praeceptum non est sententia, sed tendit ad executionem. . . . .

7. . . Habet ergo confessio et iuramentum vim sententiae, non tamen proprie dici possunt sententia . . Ex his statuta Italiae disponentia, instrumenta publica executioni mandari, habent fundamentum.

8. Nam instrumenta guarentigiata, quae in certis partibus executioni mandantur, fundantur in praecepto notarii habentis iurisdictionem ordinariam inter consentientes, qui in iure appellantur chartularii . . Instrumenta vero confessionata fundantur in confessione emanante coram notario . . . inter consentientes ordinariam iurisdictionem habente. Instrumenta vero simplicia, quae habent executionem paratam ex forma statuti, capiunt fundamentum per similitudinem praedictorum.

An autem de iure communi reperiatur, quod

instrumenta publica habeant executionem paratam, vide infra quaestione VII.

9. Ex his patet, quod statuta loquentia de executione instrumenti guarentigiati seu confessionati non videntur a iure communi exorbitare, statuta vero loquentia de executione instrumentorum simplicium sic . . . Statuta vero redigunt instrumenta ad vires sententiae confessionis et iuramenti et amplius disponunt, quod nulla possit obiici exceptio, quominus illa executionem paratam habeant et vires rei iudicatae, et consequenter ex natura actus dispositi excludunt omnes exceptiones processum concernentes, ut quia non sit oblatus libellus, lis contestata, iuratum de calumnia, sententia lata et similia, et omnes alias, quas excludit res iudicata confessio et iuramentum, C. sen. re. non pos. l. peremptorias [10], C. de praescrip. longi temp. l. cum emptor [11].

Exceptiones autem, quas non excludit res iudicata confessio et iuramentum, dicta statuta per dicta verba generalia non intelliguntur excludere; probatur hoc aperte in c. licet de vitanda de elec. [12]) . . . .

10. Modo in proposito ex dispositione statuti ponderatur ius exequendi, non actus iuris procedendi, et reiectio exceptionis venit ad ius

---

10) L. 2 C. 7, 50. —
11) L. 9 C. 7, 33. —
12) X. 1, 6. c. 6. —

exequendi non autem ad ius procedendi, ideo opponi non possunt ex natura actus dispositi; exceptiones vero concernentes ius exequendi sic non obstante generali exceptionum executionem concernentium reiectione. Distinctio igitur Bartoli in terminis nostrae quaestionis vera est, videlicet, quod exceptiones procedentes ex aliquo capitulo statuti opponi possunt, procedentes vero ex dispositione iuris communis non. Ratio: quoniam statutum, ex quo descendit exceptio, considerat instrumentum exequibile et propterea non obstante reiectione generali exceptionum opponi possunt iustae procedentes a statuto; sed ius commune, ex quo exceptiones descendunt, non considerat instrumentum exequibile, (quia de iure communi instrumenta non merentur executionem,) ideo non possunt opponi ad ius exequendi introductum a statuto.

11. Conclusio igitur est, quod generalis exclusio exceptionum ad processum non excludit speciales exceptiones a iure communi seu statuto procedentes. Et eadem ratione generalis exclusio ad ius exequendi non excludit iustas exceptiones, quae ad executionem possunt opponi, sive procedant a statuto sive a iure communi; sed actus dispositio bene potest excludere exceptiones concernentes processum et etiam executionem, ut dicam in quaestione VI [13]), quo casu

13) Unten num. 16. —

per generalitatem reiectionis exceptionum non importatur ultra naturam actus dispositi, quominus iustae exceptiones opponi possunt sive a iure communi sive a statuto procedentes, et hoc vult clare Joannes Andreae in tit. *de sent.* § *ut autem* in additionibus ad speculum ibi, et maxime, cum procedat nullitas ex vi alterius statuti etc, et dicam infra in quaestione XI. Hoc etiam voluit Franciscus Accursii, ut patet infra quaestione XVIII ubi eius verba refero pro hoc, quia statutum ius civile est, ff. de iusti. et iu. l. omnes populi, et sic, sicut generalis dispositio iuris civilis omnium exceptionum exclusiva legitimas non excludit, sic nec dispositio statuti . .

13. *Quinto* iuxta praemissa quaero: quae sunt exceptiones, quae possunt opponi post sententiam in executione? Ubi attendendum est, quod quaedam exceptiones opponuntur post sententiam non contra sententiam, sed contra actionem primam; et in istis, siquidem aliqua earum oritur post sententiam vel oritur vel renovatur in ipsa sententia, tunc potest opponi post sententiam . . Si vero exceptio habuit originem ante sententiam, tunc regula est, quod non possit opponi post sententiam. Fallit. . . . [14])

14. Quaedam vero exceptiones opponuntur post sententiam contra ipsam sententiam. Et hic advertendum: aut de illa exceptione liquet nullo

---

14) in casibus restitutionis in integrum.

alio probato extrinsecus, ut quia fuit prolata nulla praecedente instantia, vel fuit condemnatus dominus, ubi deberet condemnari procurator et similia, et tunc etiam impeditur executio [15]. Si vero requiritur alia probatio extrinsecus, et tunc aut ista probatio requirit altiorem indaginem, et non impedit executionem [16]. Si vero illa exceptio posset probari in continenti, tunc impediretur executio; casus est in l. fi C. si ex fal. instrument.; nam illa l. loquitur, quando iam in alio iudicio instrumenta erant probata falsa ita, quod falsitas erat prompta et manifesta. Haec distinctio probatur per rationem.

15. Nam in executione sententiae adhibetur cognitio summaria [17], sed in summariis cognitionibus admittuntur exceptiones, quae possunt probari in continenti, non illae, quae requirunt altiorem indaginem [18]. Et quando dicatur exceptio probari in continenti vide infra quaest. IX. Ex hoc habes practicam, quando formas excep-

---

15) ut l. C. de. execut. rei iud. et ff. eod. l. si cum nulla. (l. 58 D. 42, 1.)

16) ut l. fi. C. de ordi. cog. (C. 7, 19.) et l. 2 C. de fal. (9, 22.) et de in integr. re. c. auditis. (c. 3. X. 1, 41.)

17) l. a divo pio § si super rebus ff. de re iud.

18) ut l. 3 § ibidem ff. ad exhi. (10, 4.) et l. ille a quo § si de testamento ad treb. (l. 13 § 2. D. 36, 1.) et l. is, a quo in prin. ut in pos. legato. (l. 3 D. 36, 4.)

tionem contra executionem sententiae, quia debes dicere: quam paratus sum in continenti probare, quia, si non posset probari in continenti, iudex posset eam respuere, quod est notandum et menti tenendum secundum Bartolum in l. fi. C. si ex fal. instru., cuius verba fere ad litteram sunt praedicta [19]. Quando autem exceptio dicatur habere altiorem indaginem, vide infra in IX quaestione. Ex his habes, quae exceptiones opponi possunt in executione instrumenti ...; plurimas specialiter subdam in hoc tractatu. Adverte tamen, quod licet contra sententiam exceptio peremptoria opponi non possit, contra instrumenta opponi potest duplici ratione.

16. Prima, quia oritur cum instrumento, quod non contingit in sententia; secunda, quia ad excludendas exceptiones instrumentum non habet vim sententiae, quia nulla causae cognitio praeiudicialis praecessit, et hoc tenet Baldus in l. peremtoria C. sen. rescin. non posse [20].

Sexto quaero: dictat statutum, quod contra executionem instrumenti nihil possit opponi, non autem dicit: contra instrumentum, (et sic differt a quarta quaestione,) an poterunt opponi

---

19) In der That wörtlich aus Bartolus in l. 4 C. si ex falsis testim. et instrum. (Ed. Basil. 1588. vol. II pag. 222.)

20) S. oben Baldus ad l. 2 C. sententiam rescindi non posse. —

exceptiones, quae opponi possunt contra instrumentum? Respondeo: non, secundum Bartolum in l. si filius ff. quod cum eo[21]...

17. *Septimo* quaero, an sit reperire casum, quod de iure communi instrumenta habeant paratum executionem? Respondeo: sic, quando in contractu apparet iuramentum delatum et praestitum. Item instrumentum depositi habet executionem paratam secundum Bartolum in l. pe. C. depositi[22] per illum textum ibi, dum dicit: *illico eum reddere modis omnibus compellatur*, et ibi: *quam celerrime restituatur*, et ibi: *quanto citius* etc, quod etiam apparet ex eo, quod exceptiones, quae requirunt altiorem indaginem, non possunt in eo iudicio opponi, sed in extraordinario [ordinario] iudicio reservantur. Baldus tamen tenet, quod iudiciarius ordo requiratur, et consuetudo observat, quod tutius puto. . . . .

19. *Nono* quaero: dixi in V quaestione, quod exceptiones requirentes altiorem indaginem non possunt opponi post sententiam nec impediunt executionem sententiae et similiter instrumentorum habentium executionem paratam, ut est textus secundum Bartolum in l. pen. C. depositi; quaero, quando exceptiones dicantur requirere altiorem indaginem et sic dicantur non posse

---

21) L. 5. D. 14, 5. —
22) L. 11. C. 4, 34. —

in continenti probari. Respondeo secundum Bartolum in l. 4 § condemnatum ff. de re iudicata: quando examinari non possunt intra tempus, intra quod examinatur executio, scil. an reperiantur bona mobilia [23]). Vel clarius: illae dicuntur requirere altiorem indaginem, quae non possunt examinari intra tantum tempus, intra quantum processus principalis expediretur etiam si talis exceptio non opponeretur [24]); ex quo patet, quod si executio instrumenti deberet fieri ex forma statuti realiter et personaliter ad voluntatem creditoris, ut vidi in aliquibus civitatibus, quod tunc nulla exceptio probanda admitteretur, nisi ea, quae momento probari posset, forsitan per aliud publicum instrumentum; et propterea cautus debet esse exceptionem opponens, quod se offerat in continenti probare, alias iuste reiici posset, ut dictum est in excipiente contra sententiam in V quaestione.

Decimo quaero: quid si statutum disponit, quod nulla exceptio contra instrumentum opponi possit nisi solutionis et falsitatis etc? constat, quod in his duabus, si opponantur, debet obser-

---

23) dicit textus in l. si is, a quo. ff. ut in pos. le. (l. 3 D. 36, 4.)

24) per dictam l. si is, a quo secundum Bartolum in extravag. ad repri. in verbo: *summarie*. (Consilia quaestiones et tractatus Bartoli. Lugd. 1552 fol. 100.)

vari ius commune, cum nihil statutum super earum probatione disponat, arg. ff. de lib. et posth. l. commodissime, c. susceptum de rescri. li. VI[25].

20. Quid si statutum disponit, quod debeat intra certum terminum probari, et opponuntur aliae exceptiones, quae per praedicta non intelliguntur reiectae, an debebunt probari intra terminum iuris communis vel intra terminum statutum ad probandum exceptionem solutionis et falsitatis? Respondeo: intra terminum statutum exceptionibus scil. nominatis. Praedicta nota per Bartolum in l. si legatum in prin. de annu. lega.[26], et quod notat glossa in l. fi. § si a locis super verbo *consumantur* C. de iure deli.[27]. . . . .

24. *Duodecimo* quaero, an attentis dictis terminis contra instrumentum possit opponi exceptio praescriptionis inductae a iure communi vel ab alio statuto? Respondeo: sic, si probari possit in continenti vel liqueat ex instrumento, alias non, ut dictum est supra in praecedenti quaestione. Item in exceptione pacti de non petendo et in exceptione solutionis; hoc in executione sententiae tenet Joannes Andreae in tit. de execu. sen. § fi. vers. *in utroque* et vers. XVI in fi. Item in exceptione novationis et contrarii laudi; primum ponit Speculator in tit.

25) Cap. 6 in VI^{to} 1, 3. —
26) L. 3 D. 33, 1. —
27) L. 22 § 3. C. 6, 30. —

de execu. sent. § fi. vers. *in utrumque*, Baldus in l. 2. C. de execut. rei iud. Idem de exceptione transactionis dicit Speculator in dicto tit. vers. XII, quod intellige, quando valet transactio; nam super instrumento confessionato seu guarentigiato vel alio executionem merente, nisi in dubium revocetur, transigi non potest, sicut nec super sententia, quae transivit in rem iudicatam, de qua nulla habetur haesitatio, secundum Bartolum C. de transac. l. si causa cognita, ff. eod. tit. l. post rem § 1. et ff. de condi. inde. l. eleganter § 1; . . . et idem in compromisso, quod verum intellige, nisi partes transigerent vel compromitterent cum clausula: non obstante instrumento, quoniam tunc viderentur instrumento renuntiare secundum Baldum C. de transac. l. si diversa. Idem in aliis exceptionibus executionem sententiae impedientibus convenientibus executioni instrumentorum, ut metus, doli et aliis, quas Speculator ponit in dicto titulo de executione sententiae. Idem in exceptione non numeratae pecuniae secundum Cynum in l. in contractibus C. de non nume. pecu. in IV quaestione in prin. [28]), et idem Baldus ibi [29]).

25. *Decimo tertio* quaero: quid in exceptione simulationis? . . . .

31. Ad solutionem igitur quaestionis . . red-

---

28) S. oben Cinus ad l. 14 C. h. t. S. 115. 116.
29) S. oben Baldus ad h. l. S. 146. 147.

iens concludo, quod simulationis exceptio proprie sumpta opponi potest cum distinctione, an sit patens, et si non sit, an possit in continenti probari vel non, ut dixi in V quaestione.

32. *Decimo quarto* quaero: an retentis dictis terminis quartae quaestionis opponi possit, quod instrumentum non est liquidum? Adverte: pro intelligentia videndum est, an instrumenta, quae non sunt liquida, possint executioni mandari, verbi gratia promisisti mihi damna seu interesse; et dicendum est, quod sic, quoniam obligatio praedicta omni respectu est praesens et non dicitur habere diem neque conditionem, sicut quando quantitas legata debet alterius arbitrio declarari, ut notatur in l. 1 ff. de leg. II, ubi per dictam rationen hoc tenet Bartolus in ultima quaestione et Baldus in l. 2 C. de exe. rei iudi. Debebunt tamen liquidari secundum eos. Modus autem liquidandi seu practica est duplex. Primo, quod actor petat, instrumentum non liquidum exequi et in processu executionis liquidari instrumentum; hunc modum tradit Bartolus in l. 1. ff. de eden. et in l. 2 C. de senten. quae sine cer., quando videlicet in continenti petita executione instrumenti producat articulos pro liquidatione ad probationem damni vel interesse, quae probatio non requirit libellum vel litis contestationem seu alium ordinem iudiciarium, sed procedatur summarie secundum formam legis a divo pio § si super rebus ff. de re iudi., sicut in executione

sententiae latae in iudicio universali; et notatur in dicta l. 1. de eden. secundum Bartolum in dictam. l. 2 C. de sen. quae sine cer. quant. et l. si cum exceptionem § haec autem actio ff. quod met. causa, et C. de pig. l. 3. in IV quaest. et Baldum in dictam l. 2. C. de exec. rei iud. Et fiet talis probatio per omne genus et speciem probationis.

33. Nam instrumentum non liquidum continet obligationem velatam, quae potest detigi tam testibus quam instrumentis, de test. c. sicut nobis, secundum Baldum ibidem subdentem vero, quod omnis exceptio in examine liquidationis opponi possit, non obstante statuto exceptionum exclusivo, (de quo agimus,) . . . .

34. Secundus autem modus sive practica liquidandi est, quod actor petat prius instrumentum liquidari et eo liquidato liquidum pronuntiari et eum [tunc?] exequi. Hanc practicam sentit Bartolus in l. perinde § nondum ff. ad l. aquil. et Baldus tradit in dicta l. 2 C. de execu. rei iud. . Sed si executio non peteretur, sed simpliciter peteretur liquidari, eo liquidato peti posset executio; probatur optime in simili in cle. auditor de rescri. in fi. I glossa [30]). Potest igitur ante petitam executionem liquidari instrumentum et post in processu executionis petitae. . . . . Ultimum plus laudo et praevalet in observantia. Utroque

30) Clem. 3. de rescriptis. (1, 2.)

tamen casu articulus liquidationis instrumenti puri licet non liquidi per praedicta pariter examinetur, videlicet sine ordine iudiciario, ut dictum supra . .

35. *Decimo quinto* quaero retentis terminis saepe dictis: an opponi poterunt exceptiones concernentes personam, ut puta: non potes esse in iudicio, quia minor, excommunicatus vel bannitus et similia? Respondeo: quod sic, quia ista non prohibentur opponi per statutum prohibens opponi exceptiones contra instrumentum, quia non respiciunt instrumentum, sed personam agentis, arg. l. filio ff. de inoffi. te [31]).

. . . .

48. *Vigesimo primo* quaero: an . . . in integrum restitutionis petitio executionem impediat? Bartolus in l. 4 § condemnatum ff. de re iud.[32]) concludit idem, quod conclusit in exceptione nullitatis . . Adverte, numquid restitutio in integrum impediat executionem sententiae, et similiter publici instrumenti dicas. . . . . . .

49. . unde alio non dato ad articulum quaestionis concludo, restitutionem in integrum executionem publici instrumenti non impedire. . .

66. *Trigesimo* quaero: an stante statuto, quod instrumenta mandentur executioni, fieri pos-

---

31) L. 16 D. 5, 2. —

32) S. oben Bartolus ad l. 4. D. de re iud. num. 3. S. 134.

sit executio contra haeredem debitoris obligati per instrumentum, praesertim, si statutum dicat, quod debitor pro debito carceretur. Respondeo: sic, quum ad id, ad quod poterat compelli defunctus, potest compelli haeres defuncti [33]; secus tamen forte [34] dicendum, si debitor convenisset in instrumento, quod posset personaliter capi, quia posito, quod pactum valeat, tamen non transiret in haeredem [35]. Ratio differentiae est, quia primo casu statuti dispositio executiva concernit obligationem in instrumento deductam, scil. personalem, quae transit in haeredem [36], et ita est debitor haeres sicut defunctus [37], et de debitore loquitur statutum. Secundo vero casu dispositio contrahentium concernit pactum cohaerens personae, quod non transit in haeredem [38]. Ante tamen quam haeres exigatur seu carceretur, liquere debet eum fore haeredem, ff. sol. ma. l.

---

33) ut ff. de re. iu. l. si heredem. (Muß wohl heißen l. heredem d. i. l. 59 D. 50, 17.) et l. quod ipsi. (quod ipsis, d. i. l. 143 eod.) et C. de pign. (8, 14.) l. 3. in IV quaestione per Bartolum, licet legis verbis non exprimatur ....

34) foret? —

35) secundum Bartolum ff. qui satis. cog. l. si decesserit. (l. 4 D. 2, 8.) per dictam legem.

36) C. de haere. ac. l. pro haereditariis. (l. 2 C. 4, 16.)

37) ff. si cer. pe. (D. 21, 1.) l. 1. per Bartolum. —

38) ut dicta l. si decesserit. (l. 4. D. 2, 8.)

si cum dotem § transgrediamur [39]) secundum Baldum C. de iure deliber. l. fi. § et si praefatam [40]), ubi ponit, an debitor de iure communi possit pro debito carcerari, de quo per doctores C. qui bo. ce. pos. [41]) l. 1.

67. *Trigesimo primo* quaero iuxta praemissa, an valeant statuta civitatum disponentia, pro debito civili debitorem ad instantiam creditoris debere carcerari? dicas, quod sic, sive disponant carcerationem fieri debere per iudicem, sive per creditorem, ut scripsit Bartolus in l. titio § titio ff. de condi. et de.[42]), quia publica auctoritas tollit omnia contraria. An autem per iudicem concedi possit creditori, ut capiat personaliter debitorem suum vel eius bona, dic, ut notat Bartolus in l. 3 C. de pig. in IV quaestione [43]) et ff. de acquir. poss. l. iusto possidet [44]).

68. *Trigesimo secundo* quaero pro declaratione XXX quaestionis et totius materiae

---

39) L. 22 § 12. D. 24, 3. —
40) L. 22 § 4 C. 6, 30. —
41) C. 7, 71. —
42) L. 71 §. 2 D. 35, 1. — Bartolus in Dig. infort. Ed. Bas. 1588. vol. II. pag. 366.
43) Bartolus in l. 3 C. 8, 14. — Ed. Bas. 1588. vol. II. pag. 278 num. 18 seqq.
44) L. 11. D. 41, 2. — Bartolus in Dig. nov. Ed. Bas. 1588. vol. I pag. 254. 255; wo die im Text aufgeworfene Frage verneint wird.

iuxta praemissa: an ex conventione partium fieri possit, quod instrumenta habeant executionem paratam? Haec quaestio habet altiorem indaginem; sed ne suscepti opusculi materia ultra quam deceat dilatetur, dic breviter, quod aut partes conveniunt, quod habeant executionem realem, hoc est in bonis debitoris, aut personalem, hoc est, quod debitor capi possit personaliter. Primo casu potest, quum ius exequendi ex conventione et iudicis auctoritate aequiparatur, C. de pign. l. pe.[45], ff. de fur. l. cum creditor[46], C. de pign. l. 3. Hoc patet in simili in sententia arbitri, quae habet executionem paratam[47]; patet etiam, quod controversia deciditur ex iuramento ex partium conventione[48], ex quo iuramento oritur ius executivum[49]. Hoc tenet Speculator in ti. de loca. § nunc aliquam vers. XLIX[50] et Bartolus dicit expresse in dicta l. 3. in ultima quaestione[51], ubi concludit, omnibus his casibus executionem summarie fiendam esse secundum formam legis

45) L. 11 C. 4, 24. —
46) L. 55. D. 47, 2. —
47) ff. de arbi. l. non distinguemus § de officio. (l. 32 § 15 D. 4, 8.)
48) ut ff. de iureiu. l. iusiurandum. (l. 17 D. 12, 2.)
49) ut l. 2. et l. sed etsi possessori § cum de haeredi. ff. de iureiu. (l. 2. l. 11 § 3. D. 12, 2.)
50) Durantis spec. Lib. IV. partic. III. Rubr. de locato § 6. qu. XLIX. Ed. Trid. 1510. fol. 444.
51) Nehmlich in l. 3 C. de pign. s. Note 43.

a divo pio § 1 [52]) ff. de re iu. Circa quam conventionalem executionem, quae personae possunt hoc promittere, et de modo constituendi tale ius executivum, de tempore quando effectualiter incipiat competere, et de officio iudicis quando ad hoc aditur, plene per V quaestionem hoc examinat Bartolus in dicta l. 3 et scriptis per eum in I quaestione; adde notata per Joannem Andreae et Antonium de Butrio in c. verum. de foro compe. [53]), notata per Innocentium in c. olim de privi. in glossa: *per portarium* [54]) et scripta per Angelum in l. nemo carcerem C. de ex. trib. libro X. [55]).

69. Secundo casu conventio, quod liceat creditori capere debitorem invitum et captum pro debito retinere in carcere privato, non valet. . . . Conventio autem de stando in certo loco similiter non valet. .

72. *Trigesimo quarto* quaero: confectum est instrumentum publicum per notarium Perusinum de contractu Perusii celebrato inter Perusinum et quendam de Canario (unde sum oriundus) et in utroque viget statutum, quod instrumenta publica mandentur executioni sicut sententia; petit Perusinus executionem instrumenti

---

52) Muß heißen: § 4.
53) X. 2, 2. c. 7. —
54) Innocentius. Ed. Lugd. 1535. fol. 203.—
55) L. 2 C. 10, 19. —

coram potestate dictae terrae Canarii, quaeritur an possit? Conclude, quod, si petitur executio ex forma statuti Perusini, non procederet petitio, quum statuta litis ordinatoria non egrediuntur iurisdictionem statuentium. Si vero petitur executio ex forma statuti dicti castri, procedit petitio, licet in sententia non procederet . . nisi ad litteras[56]) potestatis civitatis Perusii.. Ratio diversitatis est, quia sententia habet suum executorem, videlicet ordinarium proferentem vel allegantem, sed instrumentum non, quum notarius praecipiens in instrumento guarentigiato, vel coram quo fit confessio in instrumento confessionato vel in instrumento simili executionem merente ex forma statuti, non habet exequendi facultatem, unde non requiruntur litterae notarii . . . Ex quibus liquet, quod, si Canarii, in loco in quo agitur, non foret statutum, agi oportet via ordinaria.

74 . . . . Omnis igitur solennis et rite ordinata scriptura per manum publici notarii causa memoriae seu probationis facta dicitur instrumentum . . Et de instrumento huiusmodi intelligitur statutum in tota nostra materia.

75. *Trigesimo sexto* quaero: statutum disponit, quod certae exceptiones, quae permittuntur a statuto opponi contra publicum instrumentum, quod exequi petitur, non possint probari nisi per publicum instrumentum, reus non habet instrumentum penes se solutionis, an ali-

56) Requisitions-Schreiben.

quo remedio succuratur? Respondeo: sic, quia potest instare, quod iudex ex officio testes recipiat, quibus receptis et publicatis iudicis officio tuebitur, sicut dicimus in eo, qui iuravit non probare solutionem nisi per instrumentum, ut notat Speculator in tit. de probat. § *vide* vers. *quid si debitor*; facit de iureiur. c. ad nostram. Quinimo tuebitur exceptione sua per instrumentum probata, cum de attestationibus rite receptis et probantibus liqueat publica scriptura et sic publico instrumento. Quo autem remedio succuratur ei, si foret exactus hoc casu? Respondeo: potest agere condictione sine causa ad id, quod solvit . . .

An autem per statutum vel pactum fieri possit, quod debitor probare non possit solutionem nisi per instrumentum? . . . . communis conclusio est, quod non teneat pactum, statutum vero teneat.

80. . . *Quadragesimo tertio* quaero: cum in executione sententiae interdum non requiratur citatio, ut scripsit Innocentius . . Bartolus . . Baldus . ., et vide omnino Baldum in *l. ordo C. de iudi.* [57]), ubi dicit,

81. quod coram iudice novo semper est facienda citatio in executione, maxime post longum temporis intervallum, an in executione instrumentorum citatio requiratur? Respondeo: sic,

---

57) Muß heißen: de execut. rei iudi. d. i. l. 3 C. 7, 53. — Baldus in Cod. Ed. Venet. 1586. vol. IV fol. 72 b. num. 8. —

quia ante nil est cognitum de causa, unde necesse est a citatione incipere[58]), et quia non potest constare iudici ante citationem, an instrumentum sit instrumentum et an reus habeat adversus ipsum exceptionem aliquam a statuto permissam vel concessam seu non exclusam, et an instrumentum sit exequibile; quinimo, si fieret executio parte non citata, tanquam nulla statim revocaretur, quatenus de facto facta est [59]); et hoc verum, nisi per statutum aliter disponatur, ut si statutum dicat, ut viso publico instrumento praecipi debeat debitori, quod solvat et de palatio non recedat, quo casu etiam per epistolam fieri potest.

82. *Quadragesimo quarto* quaero: conductio finito tempore intelligitur renovata, an si prima conductio facta fuerit per publicum instrumentum paratam executionem habens, an renovari intelligatur cum virtute instrumenti? Respondeo: non, quia renovatio tacite intelligitur fieri quoad ea, quae tacite renovari possunt per solum hominis intellectum, secus si aliquid requiratur ab extra, ut scriptura, quae tacite fieri non potest, quia tacite non scribitur, nec tacite

58) ut insti. de poe. te. liti. (J. 4, 16.) § fin.

59) ut notatur ff. de bo. pos. (D. 37, 1.) l. 3 § si causa cognita, et l. minor. in prin. de evict. (l. 39 D. 21, 2.) et vult Baldus in l. ab executore C. quo. ap. non re. (l. 5 C. 7, 65.)

fit praeceptum guarentigiae, cum non sit in potestate partium, secundum Baldum in l. legem C. loca.[60] . . . .

83. *Quadragesimo sexto* quaero: an in causa executionis publicorum instrumentorum liceat ei, contra quem petitur executio, appellare? Respondeo: dicit glossa I et V in l. ab executore C. quo. app. non recip., quod potest a pronunciatione de exequendo appellari, non ab executione facti, et idem Speculator in tit. de ap. § in quib. vers. V, et Bartolus in dictam l. ab executore et in l. si cum exceptione § haec autem actio ff. quod met. causa[61]; qua ratione Baldus in l. ab executore[62] dicit, quod cautela volentis evadere appellationem, quando praetextu instrumenti guarentigiati fit executio, est, quod non pronuncietur instrumentum esse exequendum, sed incipiatur ab executione. Tamen verius est, quod etiam a pronuntia de exequendo appellari non potest, quia eadem est ratio de pronuntia

---

60) L. 16 C. 4, 65. — Baldus in Cod. vol. II. fol. 139b: »verbi gratia conductio prima formata est sub instrumento guarentigiae; nam ubi requiritur instrumentum, requiritur visus, et ideo tacita reconductio non erit sub forma scripturae, sicut est in prima, nec habet executionem paratam.«

61) L. 14. § 4. D. 4, 2. — Bartolus in Dig. vet. Ed. Bas. 1588. vol. I fol. 411. num. 4. —

62) Bald. in Cod. vol. IV fol. 112. num. 4. — Siehet unten Note 68.

exequendi, quae de executione, secundum Oldradum [63]), ut Cynus refert in l. ab executore ff. de app. [64]). Hoc tenet Joannes Andreae in praeallegato titulo vers. quinto in additionibus speculi [65]); . . . .

84. et haec procedunt, sive executio petatur per actionem in factum sive iudicis officio; et sic, cum sententia per actionem in factum ex re iudicata debeat esse, ut pronuntietur, sententiam exequendam, a tali sententia non potest appellari, ut dictum est. Et apertius haec duo tenet Speculator in tit. de execu. sen. § breviter vers. sed secundum [66]) et Joannes Andreae ibi . . et Antonius de Butrio in c. quoad consultationem de re iudi. [67]). Et hoc ea ratione, quod sententia de exequendo huiusmodi est de executione primae principalis sententiae et pars executionis, et ab executione non appellatur, qua ratione idem tenuit Baldus de Speculatore non faciens mentionem in l. ab execut. C. quo. ap. non re.[68]).

---

63) Muß heißen: Odofredum. —

64) Soll wohl heißen: C. quor. app. non recip. Siehe oben Cinus ad l. 5 C. h. t. S. 114. —

65) Durantis: speculum lib. II part. 3. tit. de appellat. § *In quibus*. Num. 5. (Ed. Mediol. 1509 f. fol. 307.)

66) Durantis Lib. II part. 3. tit. de executione sententiae. § breviter. num. 6. (Ed. Mediol. 150 fol. 304b.)

67) X. 2, 27 c. 15. —

68) Baldus in Cod. vol. IV fol. 112. num. 4: »Modo

85. Ex quo patet, quod sive dixerimus sententiam de exequendo fore definitivam, ut quando fertur sententia definitiva super petitione executionis scil. per actionem in factum, qua pronuntiatur sententia exequenda, sive interlocutoriam, ut quando pronunciatur sententia exequenda super petitione executionis iudicis officio nobili, a sententia sive pronuntiatione huiusmodi supradictis rationibus appellari non posse; quod procedit, nisi in pronuntia de exequendo vel in executione facti modus excedatur, quia tunc ratione excessus licet appellari secundum omnes doctores in locis praedictis. Et adde limitationem, quam pono in sequenti quaestione. Et ex his dico, quod sive petatur executio instrumenti per actionem descendentem ex contractu sive iudicis officio, a sententia appellari non poterit, nisi modus excedatur, ut dictum est. Et si agatur actione descendente ex contractu, modus concludendi in libello et sententiandi est, quod petatur instrumentum exequi et pronuntietur exequendum, sicut in sententia dictum est, quod est bene no-

---

quaero: numquid, ubicunque iudex pronunciat exequendum vel non exequendum, possit appellari? Gl. dicit: quod sic; dicunt ergo advocati, quod cautius facit victor, si instat, quod executio fiat, quam si instet, quod pronuncietur exequendum; sed ego dico, quod a dicta pronunciatione, cum sit executio primae et quaedam eius declaratio, non potest appellari, nisi excedatur modus.«

tandum; secus putarem, si concluderetur, conventum condemnari et condemnatum cogi ad solvendum, quia tunc necessario oporteret pronuntiari seu sententiari iuxta petitionem, de simo. c. licet heli.[69], de verb. sig. cle. saepe[70]. Unde agens debet esse cautus, quod concludat, conventum adstringi ad solvendum secundum formam instrumenti, non autem concludat, eum condemnari ad solvendum.

86. *Quadragesimo septimo* quaero: quod dictum est in praecedenti quaestione, ab executione appellari non posse, procedat quoad omnem appellationis effectum? Respondeo: non; quoniam id verum est, ab executione appellari non posse quoad finem impediendi executionem seu meri executoris processum, sed quoad finem devolvendi causam appellationis ad superiorem tenet appellatio etiam a mero executore interposita, ut notat Speculator in ti. de acti. et peti. § super actionibus et petitionibus versic. *sed quid si antequam* in V col.[71], quo tamen casu appellatio non iustificatur ex sola oblatione probationis, sicut iustificatur, si executor assumeret partes cognitoris, ut notat Innocentius de elec. c. cum inter canonicos et Speculator in dicto

69) X. 5, 3. c. 31. —
70) Clem. 5, 11. c. 2. —
71) Durantis Lib. II. part. I. § 4. num. 22. Ed. Mediol. 1509. fol. 142b.

vers. *sed quid si antequam*, secundum Antonium de Butrio in c. dilecto de appel. in II col.

89. *Quadragesimo nono* quaero: iuxta praemissa pronuntiatur instrumentum exequendum, pone ad rem venditam contra venditorem, venditor expressa iusta causa appellat, emptor petit fructus rei venditae sequestrari seu rem venditam; quaeritur numquid possit? Respondeo: sic; quoniam, etsi, quando appellatur a sententia definitiva, non fiat sequestrum, nisi persona sit suspecta [72], tamen in proposito, cum appelletur ab executione seu mixtim ab executione et interlocutoria, sequestrum fieri debet indistincte, ut fit, quando appellatur ab executione sententiae, ut dicta l. ab executore C. quor. appel. non recip.

Quinquagesimo quaero: an exclusus ex forma statuti ab exceptionibus proponendis, possit iudicis officium implorare, per quod creditor ab agendo seu petendo executionem prohibeatur? Respondeo: sic; quia prohibitus excipere non prohibetur iudicis officium implorare, ut ff. de peti. haered. l. plane [73] et l. fi. [74] et l. 3 in fi. ff. nau. cau. stab. [75], et in dictum § et parvi refert, et in dictam l. plane.

---

72) ff. de appel. l. imperatores. (l. 21 [§ 3] D. 49, 1.)
73) L. 38 D. 5, 3. —
74) L. 58. eod. —
75) L. 3. § 5 D. 4, 9. —

90. *Quinquagesimo primo* quaero iuxta proximam quaestionem: si debitor exceptione a statuto exclusa munitus iudicis officium imploret, an lite pendente creditor impediatur executionem petere? vel creditor petit executionem, reus implorat iudicis officium, an executio retardetur? Respondeo: iudicis officium nititur aequitate respectu utriusque partis, videlicet ne creditor cum aliena iactura lucretur et debitor damnum patiatur. Si igitur iudicis officium imploratum requirat altiorem indaginem, quam executio, quae petitur per creditorem, ut quia requirat ordinem iudicii iuxta notata in c. fi. de offi. iudi. [76]), tunc executio non impeditur, sive iudicis officium imploretur coram eodem iudice sive et fortius coram diverso, sicut dictum est, si petatur in integrum restitutio et si opponantur aliae exceptiones; quia non foret aequitas, quod executio retardaretur propter iudicium ordinarium intentatum, et cui denegatur defensio, multo magis actio, C. de transac. l. nec intentio. Si vero non requireret altiorem indaginem, ut quia haberet instrumentum de exceptione competente, quod similiter executionem mereretur, tunc executio impeditur, quia sic dictat aequitas et sic hoc casu non denegatur exceptio et quia est quaedam mutua petitio, quae simili-

76) X. 1, 32. c. 2. —

ter terminari debet, cum aeque instrumenta sunt privilegiata 77). Et idem dico, si per viam nullitatis agatur, quia creditor petat exequi et debitor instrumentum nullum pronuntiari, vel econtra debitor petat instrumentum nullum pronuntiari et creditor petat exequi coram eodem iudice.

92. *Quinquagesimo tertio* quaero: quid si statutum dictat, quod nulla exceptio neque defensio admittatur? . . . .
. . si statutum tolleret defensionem expresse, (ut in terminis tertiae quaestionis de exceptionibus dictum est,) tunc putarem verum dictum Bartoli, quod videlicet iudicis officium implorari non possit, ut si diceret statutum, quod non obstante exceptione solutionis etc et defensione, ut iuris agendi seu mutuae petitionis et quibuscunque aliis exceptionibus et defensionibus, instrumenta executioni mandentur, et fortius, si diceret, non obstante, quod iudicis officium imploraretur, vel quod non possit implorari [in] causa executionis instrumentorum, ut dictat statutum civitatis Anconae.

93. *Quinquagesimo quarto* quaero: quo remedio succurratur debitori exacto, qui ha-

---

77) ut notatur de mutu. peti. c. 1. (X. 2, 3.) et l. 1. § fi. de vari. et extraord. cog. (D. 50, 13.) per Bartolum; et in authent. *et consequenter* per doctores C. de sen. et interlo. om. iudi. (C. 7, 45.)

bet iustas exceptiones tamen a statuto exclusas? Respondeo: quod solvat et repetat condictione sine causa, secundum Bartolum in l. Julianus verum debitorem. de condict. indeb. et in dictum § *et parvi refert* [78]. Nec obstat, quod repeti [non] possit tanquam indebitum, quod solvitur iudicis mandato [79], quoniam id verum est, si ad repetendum solutum competit solum condictio indebiti vel sine causa, secus si illa actio [alia actio?] competat, ut si volebam opponere exceptionem: dolo facis petere, quod restituturus es; nam non admissa exceptione huiusmodi, solutum repetere possum atione mihi competente. At si haberem necessario condictionem indebiti vel sine causa intentare, etiam non excludor, ut ff. mandati l. si fideiussor § omnibus [80] et ff de condictio. sine cau. l. si fullo [81]. Nec obstat l. 1. [C.] de condi. indeb., quia loquitur de eo casu, quo in primo iudicio examinari potuit, an foret debitum vel indebitum, argumento eorum, quae ibi scribit Cynus; facit de iureiur. c. debitores [82], ubi debitores propter iuramentum coguntur solvere usuras et repetunt, quia obstante

---

78) L. 1 § 2. D. quod vi aut clam. (43, 24.) S. oben: Bartolus ad h. l. num. 9 S. 130. 131. —

79) C. de condict. indeb. (4, 5.) l, 1. —

80) L. 29. § 5 D. 17, 1. —

81) L. 2. D. 12, 7. —

82) X. 2, 24. c. 6. —

iuramento se exceptione usuraria tueri non potuerunt. Nam solvens, quia ex forma statuti non potest opponere exceptionem doli vel metus, non dicitur instrumentum approbare, sed videtur solvere, ne capiatur; ideo solutum repetere potest secundum Bartolum C. quod met. cau. [83]) l. 2 ad fi. Ex quo ibidem Bartolus notat, quod licet statutum tollat exceptionem habentem in se naturalem aequitatem, tamen solvens repetere potest, non quia tutus exceptione, sed quia tutus naturali aequitate, quod dicit esse notandum.

---

83) C. 2, 20. — Vgl. oben: Bartolus ad l. 2. h. t. num. 11. S. 127. —

XX. *Benedictus de Barzis.*

Aus Perugia; war Professor zu Ferrara, wo er im J. 1447 einen Tractat de guarentigia schrieb.[1]

Hieraus[2]:

[Prooemium.]

Annis currentibus MCCCCXLVII. Cum persaepe, ut otio non succumberem, in praeteritis vacationibus ad aliquod opusculum componendum me Benedictum de Barzis de perusio J. U. doctorem in hoc almo ferrariensi studio ius civile ordinarie legentem animus incitaret, nihil mihi utilius ... reperi, quam seriatim discutere et sub condecenti ordine pertractare materiam guarentigiae, quam nostri praedecessores ad plenum necubi tractaverunt, quinimo sparsim et implicite variis locis ... attigerunt. Hac de re super ipsa guarentigia praesentem tractatum componere institui sub ordine infrascripto.

1) Mehr als diese Nachrichten, welche sich aus dem Proömium des Tractats ergeben, enthält auch Panzirolus (Lib. II. cap. 158. ed. Lips. 1721 pag. 200) nicht. —

2) Nach den Ausgaben in Tract. Lugd. 1549. vol. V fol. 285 — 293^{b} und in Tract. Venet. 1584. vol. VI p. II fol. 340—349.

Pars I. Quaestio 1.

Redeo nunc ergo ad primum ad definitionem ipsius guarentigiae, quam dico sic esse definiendam. Guarentigia est praeceptum factum in confessum per notarium de instrumento rogatum, effectum iudicem ordinarium, de observando promissa.

Dixi enim primo, quod est *praeceptum factum in confessum*, quod probatur auctoritate Cyni in l. 1. C. de confess. ubi dixit, quod guarentigia non est aliud, quam confessio voluntarie facta coram iudice cartulario, qui recepit observantiam confessionis . . . . in instrumento, quia, si non esset facta scriptura, illud praeceptum factum in confessum non caderet [valeret?] nec esset executivum.

Dixi secundo: *factum per notarium*, quia istud praeceptum debet esse factum per notarium effectum iudicem cartularium, de quo loquitur gl. in l. 1 ff. de iud. et in l. rem non novam C. de iud.; et hoc dixi ad denotandum, quod, si esset notarius, tamen non ordinarius [sc. iudex], ipse non posset praecipere guarentigiam de observantia promissorum. . . . Et hac de re infero, quod non sufficeret ostendere, qualiter ille, qui praecepit in confessum, erat notarius, nisi ostenderetur, quod etiam creatus erat iudex ordinarius. Nam illud esse iudicem ordinarium non causatur

ex natura officii tabellionatus, sed venit ex privilegio sibi specialiter concesso a comite palatino vel ab alio, qui fecit eum tabellionem. Et hinc est, quod in privilegio tabellionis semper dicitur: creavit eum notarium et iudicem ordinarium. . .

Item nec videtur sufficere, quod ille, qui praecepit, sit solum iudex ordinarius, si non sit tabellio, qui rogatus sit de instrumento, cum doctores . . . dicunt, quod istud praeceptum fit solum a notario rogato in instrumento ex iurisdictione sibi concessa a lege vel statuto, imo, quod plus est, requiritur, quod ipse sit matriculatus in illo loco, ubi praecipit guarentigiam. Tamen non arbitror, quod istud sit necessarium, cum fortius operetur praeceptum factum a iudice, qui residet in iudicio et fungitur iurisdictione etiam contentiosa, . . . quam praeceptum ipsius notarii, qui licet sit iudex ordinarius, ut supra dictum est, ipsius tamen officium est valde debile, quia non habet administrationem iurisdictionis, nisi quatenus per concedentem apparet sibi facta expressa concessio. . . Quare dico, quod si statutum simpliciter dicat, quod instrumentum confessionatum, in quo factum est praeceptum a iudice de observando promissa, habeat executionem paratam, prout communiter dicunt statuta, ita vendicabunt sibi locum, si partes instrumentum, de quo quidam tabellio fuisset rogatus, produxissent coram iudice et fecissent [fecisset?] praeceptum de observando, sicut si illud praeceptum fuisset fac-

tum a notario iudice cartulario, qui fuit rogatus de ipso instrumento. Sed quia communiter statuta disponunt, quod praeceptum factum a notario habeat executionem paratam, opus est, quod ista duo concurrant, scil. quod fuerit notarius et quod sit iudex.

Caeterum dixi: *in confessum*; nam non aliter potest notarius praecipere guarentigiam nisi procedat confessio et consensus utriusque partis; et hac de re persaepe abutuntur his vocabulis, quia dicunt aliquando instrumentum guarentigiatum aliquando instrumentum confessionatum. Et ista sufficiant quoad definitionem guarentigiae.

P. I. Quaestio 2.

. . . . statutum simpliciter disponens, quod instrumentum habeat executionem paratam, intelligitur dummodo sit liquidatum, ut dicit Bartolus . . . . Non tamen opus est, quod tempore petitae executionis sit facta liquidatio, sed sufficit, quod liquidetur pendente iudicio executivo super ipsa liquidatione . . . .

P. I. Quaestio 5.

. . . an creditor, qui potest regulariter compellere debitorem, ut de debito faciat sibi publicum instrumentum, ... posset etiam debi-

torem ipsum adstringere, ut recipiat guarentigiam, et sic, quod conficiatur instrumentum guarentigiatum? et ad partem negativam est auctoritas Angeli et Joannis de Imola in l. si pupillus ff. de nova., qui dicunt, non teneri, considerato, quod per tale instrumentum possit incipi ab executione, unde debitor gravaretur in eo, in quo non erat obligatus. Sed forte istorum sententia non est vera. Nam per appositionem istius clausulae in instrumento non dicitur debitor in plus gravari, sed efficacius gravari . . . . . . Insuper cum consuetudo localis sit quasi per totam Italiam, quod tales clausulae apponantur iuxta consuetudinem, . . . propter ista duo tenerem, quod adstringi potest debitor, ut in instrumento debiti patiatur guarentigiam.

P. I. Quaestio 8.

. . . An ista via executiva attributa instrumento virtute guarentigiae terminetur in territorio, ubi viget istud statutum loquens de guarentigia, an vero illud instrumentum guarentigiatum extendat vim ac potentiam a statuto sibi concessam ubique locorum, in quibus dictorum instrumentorum peteretur executio? Quia iste passus est utilis et subtilis, est opus aliqualiter insistere et duos casus principaliter considerare.

Primus est, quid sit iudicandum, si statutum Ferrariae disponat, quod instrumentum confessio-

natum mittatur executioni statim viso instrumento etiam non citata parte, an illud vendicet sibi locum, si instrumentum istud sit factum Bononiae et petita sit executio hic Ferrariae? et concluditur, quod sic. Nam licet confessio in Ferraria facta non fuerit, pure est verum dicere, quod illud est instrumentum confessionatum et tunc succedit regula, quod in his, quae concernunt ordinem processus, considerandus est locus, ubi iudicium agitur, quod locum habet etiam si tractatur de ordine adhibendo etiam in ipsa executione. . . . .

Aliquando autem occurrit, quod in loco, ubi fit contractus, viget statutum, per quod datur auctoritas notario, ut possit facere praeceptum guarentigiae et quod praeceptum sic guarentigiatum habet vim executivam, et tunc vertitur dubium: numquid, si in alio loco, ubi non viget tale statutum, petita sit executio, sit opus tunc agere ordinarie et probare debitum per instrumentum, sicut si in illo loco, ubi petitur executio, fuisset confectum tale instrumentum? Et super hoc dubio ad partem negativam arguitur primo sic: quando petitur executio ratione destinatae solutionis, certum est, quod ubi destinata est solutio quis videtur contraxisse; . . . sed in illo loco, ubi petita est executio, ut dictum est, viget solum ius commune, secundum quod instrumentum non habet vim executivam, . . . ergo non est considerandum statutum, quod vige-

bat in loco, ubi celebratus fuit contractus, sed solum ius commune, quod viget in loco destinatae solutionis. Secundo hoc corroboratur, quia, cum ista executio detur a statuto contra ius commune, ut l. si minor XXV annis, cui fideicommissum ff. de minorib.[3]), venit restringenda ad hoc, ut minus laedatur ius commune . . . .

. . . Quarto pro ista parte arguitur sic: certum est, quod, quando intentatur ista via executiva vigore dicti instrumenti, quaestio solum vertitur super modo procedendi; nam actor vult, quod solum procedatur executive vigore dicti statuti, et reus vult, quod procedatur ordinarie secundum quod providet ius commune, ut l. nimis propere C. de execu. rei iudi.[4]). Modo certum est, quod respectu processus et iudicii attenditur locus, ubi processus ipse fit, ut l. 2 C. quemadm. test. ape.[5]) et l. si fundus ff. de evict.[6]), ergo debet attendi ius commune consuetudo et stilus, qui viget Ferrariae, ubi actor inchoavit processum et prosequitur iudicium . . . . Sed ad partem affirmativam arguitur primo sic: notarius, cum facit tale praeceptum, ut pluries dictum est, exercet actum voluntariae iurisdictionis, sed tales actus non circumscribuntur, ut est

---

3) L. 40 D. 4, 4. —
4) L. 1 C. 7, 53. —
5) C. 6, 32. —
6) L. 6 D. 21, 2. —

textus secundum communem opinionem in l. 2 de offi. proconsul . . . . ., ergo videtur, quod istud instrumentum cum sua guarentigia et favore transeat per omnia loca mundi. Secundo ad hoc adduci potest textus in l. propter litem § 1. ff. de excus. tut. [7]), ubi decretum interpositum in loco originis pupilli super tutela operatur vim suam ubique locorum adeo, quod tutor administrat ubique. Tertio ad hoc videtur bonus textus in l. magis puto § illud ff. de re. eorum [8]), ubi decretum interpositum in uno loco extendit se ad bona in alio territorio sita. Quarto adducitur textus in l. si non speciali et l. fi. C. de test. [9]), ubi dicitur, quod consuetudo, quae vigebat in loco conditi testamenti, inspicitur quoad decisoria in quocunque loco, ubi illius testamenti petitur executio. Ergo cum in hoc casu tractetur de effectu executionis instrumenti, ille locus videtur attendendus, ubi confectum exstitit instrumentum. Quinto ad hoc facit, quod dixit Guil. [10]) et Bartolus in l. non aliter ff. de adop., ubi dicunt, quod licet notarius factus solum auctoritate statuti non possit ut publica persona rogari in alio territorio, instru-

---

7) L. 21 D. 27, 1. —

8) L. 5 § 12. D. 27, 9. —

9) L. 9. L. 31 C. 6, 23. —

10) Guilielmus de Cuneo (?), † 1348; v. Savigny Bd. VI. S. 32 ff. —

menta tamen confecta in loco, ubi fuit creatus tabellio, habent vim et potestatem ubique locorum, ergo ita dicamus in hoc casu, ut vim et potestatem acquisitam [11] virtute instrumenti in civitate Bononiae confecti conservetur ubique locorum et extendatur ad aliud territorium. . . .

Sed tandem his ita discussis arbitror concludendum, quod, si in civitate Ferrariae statutum super executione instrumenti aliter non disponat, illud instrumentum Bononiae confectum non habebit executionem paratam Ferrariae, et hoc per iura allegata supra pro ista parte, et praesertim, quod ista executio concernit processum et non substantiam negotii, ita, quod non attenditur, ubi sit factum instrumentum, sed locus, ubi proceditur . . . .

. . . .

P. II. Quaestio 1.

. . . Stat primo videre: quid resultat, quando statutum simpliciter providet, quod notarius in confessum possit facere praeceptum guarentigiae? Et substantialiter respondeo: dico, quod propter hoc tale instrumentum non acquirit virtutem executivam nec aliquem effectum, qui solet causari ex actu in iudicio celebrato. Et ratio huius est:

---

11) So statt: vis et potestas acquisita. —

quia guarentigia exorbitat a iure communi et operatur mediante fictione, merito nil importat nec ultra extenditur, quam sit specificatum, arg. legis qui delatorem ff. de iure fis.[12]) et no. gl. in l. 2 § divus C. eod. [?] et Baldus in l. 1 C. de here. insti.[13]). . . . .

---

12) L. 29 D. 49, 14. —

13) Baldus in Cod. Ed. Venet. 1586. Vol. III fol. 57 num. 51. 52. Geht keineswegs speciell auf die im Text aufgeworfene Frage. —

XXI. *Alexander Tartagnus de Imola.*[1]

Geboren zu Imola um's Jahr 1423; bekleidete Lehrämter zu Pavia, Bologna, Ferrara und Padua in den Jahren 1450 bis 1477; starb zu Bologna im J. 1477.

Von ihm sind ausser einer zahlreichen Sammlung von Consilien auch gedruckte Vorlesungen über Digesten und Codex vorhanden.

A. Aus letzteren [2]:

L. 5 D. de re iudicata. (42, 1.)

§ *Si iudex.* . . . .

3. Item nota, quod instrumenta de per se [sic] non videntur habere paratam executionem...

4. Et per hoc infert Angelus hic [3], quod statuta disponentia, quod instrumenta habeant executionem paratam, sunt contra ius commune et ideo stricte intelligenda . . . .

Falit tamen in instrumento depositi, quia etiam de iure communi illud habet executionem

---

1) v. Savigny Bd. VI S. 271. ff. —

2) Nach der Ausgabe: Augustae Taurinorum 1575. IV. voll. f. —

3) Siehe oben: Angelus ad l. 5 D. de re iud. —

paratam, textus est bene notabilis lege penultima verbo *illico* et in verbo *quam celerrime* . . C. depositi . . . .

7. Subdit Angelus hic se tamen putare, quod aliud sit in statutis disponentibus, quod instrumenta guarentigiae habeant executionem paratam, quoniam talia statuta non censentur esse contra ius commune, quia guarentigia nihil aliud est, quam praeceptum factum per notarium de instrumento rogatum partibus, ut observent contenta in instrumento, et fit illud praeceptum volenti et acceptanti, et fit authoritate statuti potestatem concedentis notario, quod tale praeceptum faciat.

8. Unde sicut praeceptum factum a iudice debitori sponte confitenti habet executionem paratam [4]), ita videtur in notario praecipiente, qui videtur habere iurisdictionem et appellatur iudex chartularius . . . ; et illud in specie videtur velle Cynus in l. un. in II quaetione C. de confessis.

9. Subdit utiliter Imolensis [5]) hic, quod, si notarius ex privilegio sit iudex ordinarius, prout communiter contingit, et dato, quod statutum non concederet ei facultatem faciendi dictum praecep-

---

4) l. post rem infra eod. (l. 56 D. h. t.) l. debitori supra de iud. (l. 21 D. 5, 1.)

5) Johannes de Imola, Lehrer des Tartagnus, starb 1436; v. Savigny Bd. VI S. 243 ff. —

tum, videtur tamen, quod talis notarius illud praceptum facere possit in volentem et confitentem, sicut si facta fuisset confessio coram iudice; posset habere notarius voluntariam iurisdictionem inter convenientes, ut dixi. Addo, quod hoc fuit verbum Baldi in l. adoptio C. de adopt. [6]).

L. 15 D. de re iudicata.

§ *Sententiam* . . . .

Ultimo in quantum Bartolus hic dicit, quod instrumenta guarentigiae possunt per quemcunque iudicem exequi, intellige verum, si in loco, in quo petitur executio, vigebat statutum, quod talia instrumenta merentur executionem, quia intelligitur statutum de instrumentis factis alibi; secus ubi statutum ibi non vigeret, licet vigeret in loco confecti instrumenti. [7])

L. 3 C. de edicto divi Hadriani toll. (6, 33.)

Edicto . . . .

3. Nota casum unum, in quo instrumentum habet executionem paratam: quando ex eius inspectione non apparet de vitio [8]) . . . Alium

---

6) Tartagnus in Dig. nov. fol. 139^b. —

7) Tartagnus in Dig. nov. fol. 151. —

8) Mit Berufung auf Bartolus ad h. l. — welcher

ponit Angelus in auth. de haere. et fal. § illud, scil. quando petitur contra haeredem executio testamenti pro legato . . . Alium casum ponit Bartolus in l. 2 ff. de iureiur., scil. quando promissor deferret iuramentum stipulatori iuranti se debere, quantum in ipso contractu stipulationis est deductum [9] . . . . Alium casum vide per Joannem de Imola et Paulum de Castro in l. ait praetor § 1 ff. de re iudi. [10], scil. quando instrumentum continet praeceptum factum a notario ei, qui se in contractu obligavit et se debere confessus est, attento, quod notarius de iure communi est iudex chartularius habens iurisdictionem inter volentes; . . de ultimo casu dixi in l. ait praetor § 1. [11] [L. 5 § si iudex D. de re iud.]

---

aber eine Behauptung von solcher Allgemeinheit nicht hat. —

9) Bartolus wundert sich, daß man sich dieser Cautel nicht bediene, um Contracts-Instrumente executorisch zu machen, wird aber von Baldus an mehreren Orten widerlegt.

10) Das Citat von Paulus de Castro ist ohne Grund; Johannes von Imola habe ich nicht zur Hand. Vergl. jedoch Paulus de Castro zu l. 56 D. de re iud. oben. —

11) Tartagnus in Cod. fol. 161. —

B. Aus den Consilien.[12])

Vol. I cons. 4.

(Die XVII Martii. Bononiae MCCCCLXI.)

In nomine domini. Circa primum quaesitum

. . . .

Ultra praedicta etiam in civitate, ubi quaestio agitur, viget statutum, prout in pluribus partibus ytaliae viget, quod huiusmodi instrumenta haberent executionem paratam sicut sententia, nec possent opponi nisi certae exceptiones, et tunc concludit Baldus in l. si causam C. de excep. rei iudica.[13])..; nam ibi vult, quod, si statutum dicat: contra executionem instrumenti guarangiati [sic] non possunt opponi nisi quaedam exceptiones, non poterit opponi, quod stipulatio contenta in instrumento est sine causa[14]).....

Vol. I cons. 82.

Redemptoris nostri invocato suffragio. In causa vertente inter petrum Jo. de dociis ut patrem et legitimum administratorem filiarum ex parte una agentem et gerardum ex altera se de-

---

12) Nach der Ausgabe: Venetiis 1492 per Magistrum Bernardinum de monteferraro. IV voll. f.

13) Muß heißen: de execut. rei iud. d. i. l. 2 C. 7, 53. —

14) Tartagni consilia. vol. I fol. 8^{b}. —

fendentem occasione praecepti facti Jo. an. de scopellis de solvendo dicto petro Jo. dicto nomine. [sc. filiarum.]

An fieri debeat compromissum pro parte gerardi stante statuto civitatis Regii sub rub. *quod potestas et eius iudex teneantur compellere consortes etc.*

Omissis argumentis ad partes breviter concludo, quod non, ex pluribus et praesertim, quia disponit, ad compromissum compellendos esse agnatos sive cognatos usque ad quartum gradum . . . . ; sed per testes per gerardum productos non est probatum, quod dictus gerardus et dictae filiae Petri Jo. sint intra quartum gradum, ergo etc. . . . .

Secundo, quia dicta causa est causa executiva et dictum instrumentum habet executionem sicut et sententia, ut patet ex statuto sub rub. *qualiter procedatur in favorem creditorum habentium instrumentum contra debitores suos*, et dato, quod tertius, sc. gerardus, se opponat ad impediendam exceptionem [15]), tamen omnino causa . . est executiva et summaria, l. a divo pio § si super cum ibi notatis per Bartolum ad fi. de re iur. [16]) . . . . . . Sed ita est, quod in causa, in qua petitur executio instrumenti habentis ex forma statuti executionem sicut senten-

15) Muß wohl heißen: executionem. —
16) Muß heißen: de re iud . -

tia, non vendicat sibi [locum] dictum statutum 17).
[sc. de compromittendo.]

Vol. II. cons. 188.

In christi salvatoris nomine amen. Viso processu agitato inter dominam Aletam quondam thois rontii de caldmis ex parte una agentem et philippum quondam Francisci de videiaphis ex parte altera se defendentem. Ac viso statuto civitatis forlivii sub rubrica: *de modo procedendi, quando de debito apparet publicum instrumentum etc.* et de dubitationibus, quae ex processu oriuntur, ne habeam circa superflua vagari, dico principalem praemissae quaestionis dubitationem consistere: an vigore praefati statuti iudex committere potuerit executionem dicti instrumenti contra Philippum antedictum aliter non probato per dominam Alettam praedictam, quod Philippus fuerit heres quondam Jo. eius avi et hereditatem illam esse delatam.........

Secundo . . . .

Venio ad primum dubium, quod satis facile puto. Dico igitur, quod statutum disponens instrumentum habere executionem paratam, et prout in effectu dicto statuto cavetur, debet intelligi, quando instrumentum est liquidum contra illum, contra quem petitur executio, alias vero secus, l. proinde § notandum et ibi clare Bartolus ad l. Aquil.,

---

17) Tartagni cons. vol. I. fol. 63b — 64.

Bartolus et doctores in l. 1 in fi. C. de sen. quae sine cer. quan., Baldus in l. cum testamento in fi. C. de testa. manumis. [18]), Baldus in l. 2 C. de execu. rei iudi. et in l. apertissimi in fi. C. de iudi.

Unde ad propositum posito, quod dictum instrumentum esset liquidum contra debitorem in eo nominatum si [19]) contra Joannem, tanquam [20]) contra Philippum, qui non est nominatus in instrumento, non est liquidum.

Sed quod oporteat illud primo liquidari, antequam contra eum debeat in executionem mandari, probando vere Philippum esse heredem Joannis eius fratris, hoc in specie firmat Baldus in l. diversas C. manda., ubi expresse vult, quod statutum disponens, quod pro debito possit capi debitor, poterit ita demum capi eius heres, cum praecessit legitima discussio et probatio, quod ille capiendus fuerit heres debitoris . . . .

Bene facit quod notat Bartolus in l. 3 C. de pigno. . . . . .

Et praedicta etiam sunt expresse de mente statuti praedicti disponentis, quod executio praedicta habeat locum contra personam heredis probato tamen, quod heres sit, ut ex eius inspectione patet. [21]) . . . .

---

18) L. 4 C, 7, 2. —

19) Soll wohl heißen: sc.

20) Soll wohl heißen: tamen.

21) Tartagni cons. vol. II. fol. 125^b — 126.

XXII. *Jason de Mayno.* [1]

Geboren im J. 1435, gestorben im J. 1519; bekleidete vom J. 1467 an Lehrämter zu Pavia, Padua, Pisa.

Hinterließ gedruckte Vorlesungen über Digesten und Codex.

Hieraus [2]:

L. 7 C. de iuris et facti ignor. (1, 18.)

Error. . . . .

25. Nota etiam ex verbis Bartoli, quae dicantur instrumenta guarentigiae . . Tu adverte, quod istud verbum *guarentare* est verbum inductum modo loquendi Tuscorum et de isto verbo habes unicum textum in c. fi. inter pares in verbo *guarentare* de lege conra. Et ibi declarat Baldus: *guarentare* idem est quod *francare*, et ideo instrumentum guarentigiae idem est, quod instrumentum francisiae seu firmitatis, et instrumentum guarentigiae est observantia alicui iniuncta per mandatum tabellionis; ita diffinit Baldus . . Dic clarius, quod guarentigia est illud praeceptum de solvendo infra decem dies, quod

---

1) v. Savigny Bd. VI. S. 343. ff.

2) Nach der Ausgabe: Lugduni 1530. f.

facit notarius in instrumento parti, quae coram eo confessa est debitum, ex potestate sibi attributa per statutum.

26. Nam sciendum est, quod notarii habent iurisdictionem habitu, aliquando ex forma statuti, aliquando quia ita creantur per comites palatinos; nam in partibus Lombardiae, quando comites palatini creant aliquem notarium, faciunt etiam eum iudicem, et isti sunt proprie iudices chartularii, de quibus facit mentionem gl. in l. rem non novam C. de iudi. et in l. 1. in prin. ff. eod. Quando ergo notarii sunt iudices chartularii, partes possunt voluntarie prorogare eorum iurisdictionem et voluntarie coram eis litigare, ubi alias consensus privatorum non posset conferre iurisdictionem non habenti saltem habitu [3]. Pone modo, quod ambae partes vadant voluntarie ad notarium habentem talem iurisdictionem et una pars in praesentia talis notarii et testium confiteatur se debitorem de centum, notarius de voluntate partium scribit instrumentum et in instrumento scribit confessionem, et post notarius ex sua iurisdictione facit praeceptum parti confitenti, quod solvat infra decem dies prout faceret iudex ordinarius, l. si debitori ff. de iudi. Certe istud praeceptum factum a notario in instrumento contra confessum appellatur instrumentum guarentigiae seu firmitatis et

3) L. privatorum C. de iurisdict. omn. iud. (l. 3 C. 3, 13.)

statuta Tusciae disposuerunt, quod mandentur executioni omni exceptione remota, prout etiam declarat Jo. de ana.[4]) in consilio L, quod incipit *in quaestione eustachii de Florentia* in II col. Alibi dubitant doctores, numquid de iure communi, quando non adessent statuta Tusciae, praedicta procederent; ponit Baldus in l. adoptio ff. de adopt. et plenius Imolensis in l. ait praetor ff. de re iud.; et tale praeceptum factum in confessum a notario ex potestate sibi per statutum attributa aequiparatur praecepto iudicis ordinarii secundum Bartolum et alios . . . [5])

L. 1 D. de verbor. oblig. (45, 1.)

§ *Si quis ita*. . . . .

28. . . . Quid sit guarentigia seu guarentare, habes textum in c. 1 § si inter pares de lege corradi in usib. feud. Et Veneti: *dio me guarenta la persona*. Nam guarentare i. e. firmare et observare, instrumentum guarentigiae est instrumentum firmitatis et observatum. Et fit in-

---

4) Joannes de Anania, Lehrer des Tartagnus, starb in hohem Alter um 1458 (nach Pancirolus de claris legum interpretibus Lib. III Cap. 45, in der Ausg. von Hoffmann Leipz. 1721. 4to S. 358.) oder einige Jahre früher. (Nach Caccialupus. Ebendas. S. 509: »obiit anno Domini MCCCCLV vel circa«.)

5) Jason in Cod. vol. I. fol. 37^b^. —

strumentum guarentigiae isto modo, pone partes sunt in concordia et dicunt: eamus ad notarium; nam omnes notarii habent iurisdictionem voluntariam et sunt iudices chartularii, (gl. in l. 1 ff. de iu. et in l. fi. C. ubi et apud quem) nam qui creant notarios, creant iudices; et unus dicit notario: facias instrumentum, quod ego concconfiteor me es e debitorem talis, et creditor acceptat confessionem, et notarius facit instrumentum: *quia talis est confessus se debere decem coram me tali, ego notarius iubeo et praecipio sibi, quod det tali decem infra tale tempus*, scilicet determinatum a partibus etc.; et sic instrumentum guarentigiae est, quod habet praeceptum notarii in confessum de solvendo . .

. . . 30. Secunda principalis conclusio Bartoli est, quod, quando in instrumento non continetur mutuum esse contractum, sed sola confessio mutui, non potest agi ex instrumento i. e. ex contractu mutui nec ex stipulatione, sed agitur certi condictione ex mutuo, quod probabitur ex illa confessione . . . .

31. Tertio principaliter vult Bartolus, quod praedicta forte non procederent, quando ex forma statuti instrumenta guarentigiata haberent vim sententiae. Paulus de castro hic declarat Bartolum; nam dicit quod ista ultima limitatio est restringenda ad proxime dictum de mutuo, unde, si statuta dicerent, quod instrumenta mutui mittantur exe-

cutioni, tunc propter statutum instrumentum mittetur executioni. Ita intelligit Paulus de castro Bartolum; sed errat, quia Bartolus limitat principalem decisionem de stipulatione inutili et vult, quod ex stipulatione inutili posset exequi via executiva propter instrumentum guarentigiatum. Ita intelligit Bartolum Angelus et Imolensis, et sic ipse Paulus non bene intellexit Bartolum .... Videamus, quid voluerit dicere Bartolus, dum dicit, quod verba istius statuti debent diligenter inspici .. Angelus, Imolensis, Alexander et Aretinus [6]) dicunt, mentem Bartoli fuisse, quod aut statutum seu verba statuti disponunt circa instrumentum, aut verba statuti disponunt circa contractus contentos in instrumento. Primo casu, quando statutum disponit circa instrumentum, puta quia dicit, quod instrumentum mandetur executioni vigore guarentigiae, et tunc, licet contractus in eo celebratus sit inutilis, tamen instrumentum debebit mandari executioni, l. *cum putarem* [7]) [ff. famil. hercisc.] . Aut verba statuti disponunt circa contractus contentos in instrumento, ut hic .... Ita declarant scribentes mentem Bartoli. Puto, quod alia fuerit intentio Bartoli, quando dicit, quod verba talis statuti sunt dili-

---

6) d. i. Franciscus de Accoltis, Aretinus, geb. um 1418, gest. um 1486; v. Savigny Bd. VI. S. 284 ff. —

7) L. 36 D. 10, 2.

genter inspicienda etc.; credo Bartolum velle dicere, quod aut verba statuti circa instrumentum guarentigiae executivum excludunt omnem exceptionem cuiuscunque nullitatis, et tunc etiam ex contractu inutili poterit intentari via executiva statuti; secus quando verba statuti non expresse excluderent omnem exceptionem nullitatis; ideo diligenter attendenda sunt verba statuti. Istam credo fuisse mentem Bartoli et ita Bartolum intellexisse verba statuti. [8])

L. 3 C. de edicto divi Hadr. toll. (6, 33.)

Edicto . . . .

5. Quarto nota ex textu ibi *non cancellatum nec abolitum*, quod in executivis ad hoc, ut instrumentum aliquod habeat executionem, requiritur, quod sit non abolitum nec cancellatum nec aliqua sui parte vitiatum; ideo stante statuto, quod instrumenta publica habeant executionem paratam, tale statutum recipit interpretationem per hanc legem, si sit non abolitum nec cancellatum nec aliqua parte vitiatum; . . . intellige tamen quando talis cancellatio vel abolitio esset in loco substantiali et sic in loco suspecto, alias secus . . . .

6. Quinto nota ex textu in verbo *mittatur*

---

8) Jason in Dig. nov. vol. II. fol. 8^b et 9. —

secundum Baldum, quod, licet de iure communi instrumenta publica confecta manu notarii publici non habeant executionem paratam, sed requiritur solennis libellus et alius processus iudiciarius, ... tamen hic[9] est unus casus specialis, in quo instrumentum testamenti habet executionem paratam de iure communi. Adde secundum casum in instrumentis depositi . . Tertius notabilis casus est et signatur quando legatarius vel fideicommissarius agit contra haeredem pro legato vel fideicommisso sibi relicto; nam de iure communi habet executionem testamenti absque libello,.. et nota hunc casum, quia quotidianus est nec alibi in specie invenies. Quartus casus est, quando in instrumento esset positum iuramentum; tale iuramentum facit, quod instrumentum habet de iure communi executionem secundum Bartolum in l. 2. in fi. ff. de iureiur., ubi dixi, an sit verum[10] . . . .

Sextus casus est, quando partes vadunt ad notarium et una pars confitetur se debere; nam si notarius promissori volenti et consentienti faciat praeceptum, quod intra tantum tempus solvat, tale instrumentum continens tale praeceptum habet de iure communi executionem sicut sen-

9) Nehmlich ex l. ult. C. de edicto divi Hadr. toll.

10) Verneinend mit Limitationen; Jason in l. 2 D. de iureiur. num. 6 seqq. (Dig. vet. vol. II. fol. 62.)

tentia secundum Imolensem, Paulum et Alexandrum in l. ait praetor § 1 ff. de re iud., Paulum in l. post rem eod. tit. et Alexandrum hic. Sed ego allego Baldum, qui in terminis tenet contrarium (et ipsi non faciunt mentionem) in c. dudum de elec. [11]), ubi notabiliter loquitur, et voluit etiam Baldus in l. adopti. C. de adoptionibus. Plura alia notabilia colligit Baldus hic in IV col. et Cynus in I. col.; vide per te. [12])

---

11) Cap. 54. X. de electione. (1, 6.)

12) Jason super Cod. vol. II fol. 144^b. —

I. *Padova.*

(vom Jahr 1236.)

Ueberschrift: **Statutorum comunis padue liber secundus incipit de ratione reddenda in causis civilibus.**

Am Schluß: **Impresso in vicenzia per maistro lonardo de basilea die XVI iulii MCCCCLXXXII.**

151 Blätter in fol. ohne Blattzahlen.

Daß dieses Stadtrecht mit dem zweiten Buch beginnt, darf nicht aus einer Mangelhaftigkeit des von mir benützten Exemplars erklärt werden. Es ist vielmehr dieses zweite Buch des gesammten Stadtrechts als ein das statutarische Civilrecht umfassendes Ganzes zu betrachten, entnommen aus dem damaligen handschriftlichen Vorrathe des gesammten Stadtrechts, (volumina statutorum). Wahrscheinlich erstreckte sich die letzte dem Drucke vorhergegangene Reformation nicht über alle Theile des Stadtrechts oder sie wurde doch nicht gleichzeitig vollendet. Wenigstens habe ich nicht finden können, daß andere Theile des Stadtrechts ausser

dem liber secundus zum Drucke gekommen sind. Dieser aber wurde in der Folge, mit Weglassung der Bezeichnung als zweites Buch, in das Italienische übersetzt, wovon ich folgende Ausgabe in Händen gehabt habe:

Gli statuti de Padova tradotti de latino in vulgare secondo gli suoi veri sensi. Et aggiontovi dentro assai cose che nelli altri non sono. Stampati in Padova appresso Giacobo Fabriano. Del MDLI.

206 Blätter in 4° mit Blattzahlen.

Die Uebersetzung ist meistens getreu; die Zusätze aus neueren Statuten sind nicht bedeutend. Die Vorrede aber ist eine andere, als die der lateinischen Ausgabe.

Letztere besagt, daß unser liber secundus aus einer unter dem Prätor Marcus Dandulo und dem Präfectus urbis Laurentius Bragadino veranstalteten Revision des alten Stadtrechts hervorgegangen ist, welche in das Jahr 1420 fällt. Denn diese Jahrszahl tragen alle jene einzelnen Statute der vor uns liegenden Sammlung, welche unter Marcus Dandulo und Laurentius Bragadino ergangen sind.

Es ist ein großer Vorzug dieser Sammlung, daß fast bei jedem einzelnen Gesetze das Alter desselben und meist auch der Podesta, unter welchem es zu Stande kam, angegeben ist.

Viele Statute sind vom Jahr 1236, so daß man um diese Zeit schon eine Hauptreformation des Stadtrechts annehmen darf.

Der Text der lateinischen Ausgabe, welcher gleichwohl hier allein gegeben werden muß [1]), ist sehr incorrect.

Hieraus:

(Rubr. IV: de citationibus et ordine procedendi in causis civilibus. Gesetz 5. Blatt 11ᵇ und 12.)

Statutum vetus conditum anno MCCXXXVI.

Si quis citatus fuerit ad iuditium vel non citatus sponte venerit et se debitorem confessus fuerit, praecipiatur et detur ei terminus ad solvendum secundum quantitatem debiti. Si debitum erit a libris X infra [2]), detur sibi terminus arbitrio iudicis, minus tamen XV dierum. Si vero debitus [sic] fuerit a libris X supra usque ad librarum XXV, habeat terminum XV dierum. Si autem debitum fuerit a libris XXV supra, quantumcunque fuerit summa, detur ei ter-

1) Nur, wo der lateinische Text bis zur Unverständlichkeit entstellt ist, hielt ich es für nöthig, die italienische Version beizufügen. —

2) Die Paduanische Lire im Jahr 1236 berechnet sich nach unserem heutigen Conventionsgelde auf 1 Thlr. 2 Gr. (Siehe v. Savigny Bd. III S. 629.)

minus unius mensis, salvo si partes concordarent se de maiori vel minori termino, tunc iudex statuat secundum partium voluntatem. Quae praecepta praesentibus tribus testibus fieri possint etiam per notarium et officialem palatii vel curiae potestatis qualibet die et hora dummodo non introducta in honorem dei. Non possit tamen scriptura talium praeceptorum fieri nisi per notarium et officialem ad dischum [3]) ubi factum erit praeceptum, et si facta fuerit per alios non valeat. Praecepta vero, quae secundum formam huius statuti facta erunt, habeant vim sententiae, et qui non solverit infra terminum sibi datum, possit termino transacto forbanniri et pignorari.

(Gesetz 6. Blatt 12 und 13.)

Potestate domino iohanne badovario MCCLVIII.

Secundum quod quis in aliquo instrumento vel instrumentis se obligaverit, potestas et quilibet iudex eodem modo servando formam pacti creditoribus facere teneatur indistincte, etiam si obligatio esset ad factum, servata tamen electione actorum, ut in executione possit consequi interesse, in quantum non contradicerent aliis statutis. Et salvo statuto beati antonii confesso-

3) Kanzlei, Bureau.

ris super cessione bonorum, cui statuto renunciari modo aliquo non possit nec per pactum vel iuramentum remitti modo aliquo; excepto, quod nullus possit [4], licet ad hoc fuerit obligatus, nisi fuerit admonitus vel citatus personaliter vel ad domum, in quo habitat vel habitare consueverat, secundum formam statuti paduae, vel nisi pro executione sententiae quis forbaniretur; salvo, quod de affictibus et redditibus possit probari solutio etiam per testes pacto aliquo in instrumentis appositio [apposito] non obstante; et salvo, quod aliquis secularis non possit se obligare per pactum, quod supponatur vel subitiatur [subiiciatur] iurisdictioni domini episcopi paduae [5], et hoc habeat locum solum in contractibus laicorum; et tabellio, qui subscripssit talem obligationem, incidat in poenam librarum XXV parvorum et nihilominus non valeat contractus in ea parte [6].

---

4) Hier muß wohl eingeschaltet werden: forbaniri.

5) Man erinnere sich der obligatio in forma camerae apostolicae; s. oben Thl. 1. Kap. 3. —

6) Italienische Ausgabe Fol. 17:

Podesta il Signor Giovanni Badoero.
Del MCCLVIII.

Jl Signor Podesta et chiunque giudice siino obligati fare precisamente, che sii servata la forma delli patti et promissioni alli creditori secondo se alchuno in alchuno instrumento s'harra obligato; etiandio se la obligatione fosse fatta senza cognitione della causa, pur che sii servata la elettione

Quicunque voluerit agere ex instrumento aliquo stipulato vallato ex sententia vel praecepto iuditiali contra debitorem suum vel contra eius heredem aut contra aliquam personam, quae sibi ad dandum solvendum vel fatiendum aliquid obligata sit, possit, si voluerit, hoc modo procedere, videlicet per haec vel similia verba primo fatiat admoneri aut citari personaliter illum, quem velit convenire, si commode possit inveniri in padua vel paduano districtu, *quod usque*

---

degli atti, accio nella cognitione possi seguir l'interesso in quanto non si contradicessi alli altri statuti. Et salvo il statuto del beato Antonio confessore ilquale parla de renontiare i beni, alqual statuto in modo alchuno non si possi renontiare, ne per patto over giuramento in modo alchuno esser remesso; eccettuando che niuno possi, quantunque a questo fosse obligato, se non sara citato personalmente over alla casa nella qual habita over era consueto habitare, se non con la forma de gli statuti del commun de Padova over per essecutione della sentenza fosse bandito, salvo che per gli affiti et intrate possi esser provato il pagamento et anche per testimoni, non obstante patto alchuno posto nel instrumento. Et oltra che alchuno secularo non si possi obligare per patto che sii sottoposto al Vescovo di Padova, et questo habbi luoco solamente ne gli contratti de gli laici et il Notaio, che sottoscrivera tal obligatione, caschi alla pena de lire venticinque de piccoli. Et non dimeno quel contratto vagli nulla in quella parte nella quale é prohibito.

ad tertiam diem debeat sibi solvisse, dedisse vel fecisse id, quod debet vigore instrumenti sententiae aut praeceptorum, ut erit, aut debeat comparere usque ad dictum terminum coram tali iudice ad videndum et audiendum talem creditorem suum producere iura sua et procedere contra eum secundum formam statutorum.

Et credatur relationi praeconis, si refferat, quod personaliter ipsum citaverit vel quod ipsum reperire non potuit.

Et si personaliter non inventus fuerit et non fuerit citatus et habitet in padua vel paduano districtu, tunc cridetur bis et diversis diebus ad domum habitationis suae, praecipiendo, quod usque ad tertiam diem debeat solvere vel comparere, ut dictum est; et non possit fieri secunda cridatio nisi elapsis tribus diebus primae cridationis. Et si reus ipse non haberet tempore citationis habitantis [habitationem?] in padua vel paduano districtu, tunc alta voce precoma [preconia] vicinis, si erunt, audientibus cridetur bis ad domum, in qua consueverat habitare tempore contractus vel sententiae, praecipiendo, quod talis debeat usque ad octo dies solvisse vel comparuisse ut dictum est. Et hoc casu non debeat fieri secunda cridatio nisi elapsis octo diebus primae cridationis ita,

ut terminus solvendi vel comparendi sit octo dierum pro qualibet cridatione.

Et possit preco quilibet communis paduae facere dictas citationes et cridas ad petitionem cuiuslibet requirentis sine aliqua iudicis commissione, et quantum ad hoc intelligatur et praesumatur preco habere commissionem a iudice citandi personaliter vel cridandi ad domum, ut dictum est, et valeat hoc casu citatio vel cridatio talis perinde ac si de iudicis commissione facta esset.

Si autem reus neque tempore contractus vel sententiae neque tempore citationis habuerit habitationem in civitate paduae vel districtu, tunc de commissione iudicis cridetur super una palatii scalarum communis paduae, in quo ius redditur, quod talis debeat usque ad octo dies solvisse vel comparuisse coram tali iudice ut dictum est, et figatur in una dicti palatii portarum unum breve, in quo dicta citatio contineatur, et finito dicto termino dictae personae cridationis iterum fiat secunda cridatio similis tenoris et figatur simile breve locis et formis supra dictis.

Et citato personaliter reo seu factis cridationibus, ut dictum est, debeat actor producere coram iudice in citatione nominato instrumentum seu instrumenta sua, cuius seu quorum vigore petere intendit; et sufficiat, quod actor coram iudice dicat, quod quando instrumentum vel instrumenta sua producit, quod petit per iudicem condemnari et condemnatum cogi talem ad sol-

vendum dandum vel fatiendum, quod debet vigore talis instrumenti, quod producit Et in casu aliquo huius statuti non sit neccessaria aliqua alia [oblatio ?] libelli seu producto [productio] petitionis vel expositio. Teneatur tamen actor declarare, si petit totum vel partem debiti in instrumento declarati. Et non requiratur aliqua litis contestatio sed summarie et de plano procedatur et fiat superinde.

Et si reus non contradixerit, tunc elapsso termino citationis seu cridationum committatur et fiat cedula ad accipiendum per vim tenutam de bonis talis citati vel cridati non contradicentis seu ad forbaniendum ipsum, si actor viam forbanitionis ellegerit. Et non possit tenuta revocari vel de libro forbanitionum canzelari [reus,] nisi suo satisfecerit creditori aut nisi legiptime doceat, se indebite pignoratum seu forbanitum esse, probando solutionem vel pactum factum de non petendo vel aliam conditionem vel modificationem, aut falsitatem vel nullitatem instrumenti vel sententiae vel praecepti, vel probando aliquid aliud, propter quod non teneatur solvere dare vel facere illud, quod ab eo petitur. Possit etiam dicta tenuta revocari et de libro forbanitorum cazelarii [canzelari], si reus contradicere et probare praedicta volens deponat rem vel pecuniam petitam penes ydoneam personam, quo casu deposita removeri possit nullo modo usque ad causae decissionem.

Et quandocunque secundum formam huius statuti ageretur, non sit neccesaria cedula aliqua ad petendum tenutam vel pignus voluntarie, sed possit preco, cui cedula seu commissio data fuerit, si actori placuerit, ne cum [ire cum?] beroderiis ad domum habitationis rei [7]) et perinde pignus seu tenutam de bonis rei accipere, et superinde procedi possit secundum formam iuris et statutorum communis paduae loquentium de praedictis.

Si autem reus ipse vel per procuratorem legiptimum comparuerit ante vel post tenutam acceptam et contradicere velit, tunc et casu isto reus ipse computando a die ultimo exclusive termini ut supra in admonitione seu citatione vel crida ultima assignati habeat ipso iure terminum ad probandum X dierum et probatum habendum solutionem compensationem et satisfactionem et omnem aliam s. alias exceptiones dilatorias et procuratorias [8]) et cuiuscunque alterius generis exceptiones et defensiones suas ad ostendendum omnia et quaecunque iura sua et quicquid vult, ex quo vel quibus non tenetur solvere dare vel facere id, quod petitur.

---

7) Italienische Version: Et ciaschuna volta, che se fara secondo la forma de questo statuto, non sii necessaria cedula alchuna a dimandar la tenuta over il pegno voluntariamente, ma possa il commandator (s' all' attore aggradera) andar con il Barisello alla casa dell' habitatione del reo . . . . .

8) procuratorie hat auch die italienische Version.

Et si voluerit reus copiam instrumenti seu instrumentorum in iudicio productorum, detur sibi sine die et consule, videlicet sine anno iudicis[9]) mense et die. Et si reus in dicto termino X dierum dixerit et iuraverit se fuisse impeditum in prima dilatione et non potuisse probare de iure suo et se hoc non facere animo calumniandi seu dilatandi iudicium, tunc et hoc casu, si deponet rem vel pecuniam petitam cum poena et expensis legiptimis penes aliquam personam ydoneam, habeat ipso iure facta depositione et non aliter, ut dictum est, secundam dilationem et terminum XX[10]) dierum ad probandum et probatum habendum quicquid voluerit. Et si reo secundam dillationem non petente actor voluerit finita prima dillatione habere secundam dillationem, tunc detur sibi terminus XX dierum et minus arbitrio suo; et hoc casu non teneatur petere actor secundam dillationem quandocunque pendente prima dillatione[11]). Et quocunque casu dicti termini sint et esse intelligantur communes ita, quod tam actor quam reus possit de iure suo probare ac testes et possitiones seu capitula et alia quaecunque fatienda ad probationem iurium suorum pro-

---

9) Muß heißen: indictione. Die italienische Version hat: senza giorno, anno, inditione et mese.

10) Venti hat auch die italienische Version.

11) Italienische Version: et ciaschuna volta, che pendera la prima dilatione, non *possi* l'Attore addimandare la seconda.

ducere. Et teneatur reus respondere possitionibus et capitulis rei [actoris? [12]] nullis obstantibus pactis in instrumentis appositis; salvo, quod actor non teneatur respondere possitioni exceptionis non numeratae pecuniae si in instrumento producto non [sic! [13]] continetur, quod dictae exceptioni renunciatum est, et excepta possitione cessionis [14] [exceptionis?], quae diceretur fuisse simulata, vel quod commodum non spectaret ad agentem.

Et si [15] debitor sive reus obligatus in instrumento possit probare solutionem compensationis [sic] et quodlibet aliud pactum, de quo inter partes convenit, per duos testes ydoneos et omni exceptione maiores non obstante [sic] aliquibus appositis in instrumento per actorem producto, quibus terminis transactis processus sit ipso iure publicatus ita, quod iudex medius non debeat neque possit alium terminum partibus vel alicui earum locare nisi prima die vel sequenti post diem publicationis ad probandum exceptionem in

---

12) Italienische Version: et sii obligato il reo rispondere all' oppositione et agli capituli non obstante alchuni patti . . .

13) Auch die italienische Version hat: non contiene.

14) Italienische Version: et eccetuando l'oppositione laquale fosse detta esser finta, so daß hier nicht von einer simulirten Cession, sondern von dem Einwande der Simulation überhaupt die Rede wäre.

15) Muß wohl sic heißen. Die italienische Version wenigstens hat: Et cosi il debitore . .

facto contra testes productos per partem adversam vel eorum dicta, quo casu iudex possit locare terminum arbitrio suo ad praedicta probandum et probatum habendum, dummodo terminus iste non excedat quinque dies utiles, ita, quod postmodum iudex per se, si partes voluerint, vel de conscilio sapientis reum absolvat vel condemnet seu pronunciet sententiam vel praeceptum mereri executionem vel non mereri, aut aliter, ut de iure debet ac si facta esset libelli oblatio et litis contestatio.

Et in casu huius statuti duret instantia quattuor menses computandos a die productionis seu expositae petitionis. Et terminus instantiae non currat in casu huius statuti, postquam quaestio fuerit commissa conscilio sapientis, neque currat in aliis casibus, in quibus cursus instantiae in causis summariis impeditur, sed pendeat instantia in omnibus et per omnia, ut per statuta de praedictis loquentia ordinatum est. Et habeant locum quaecunque alia statuta communis paduae etiam in causis, quae secundum formam huius statuti agitarentur, ubicunque per statutum istud provisum non esset. Et in dictis terminis instantiae non computetur etiam tempus, quo cessatum fuisset per aliquem sapientem dari conscilium suum super aliqua interlocutoria, quae habeat differe [differre] processum. [16])

---

16) Italienische Version: non sii computato il tempo,

Rubr. de solutionibus instrumentorum et actorum.

Potestate marco dandulo et capitaneo domino laurentio bragadino MCCCCXX.

. . . pro confessione debiti sponte facta coram iudice vel notario officium exercente possit notarius accipere, si debitum erit librarum quinquaginta vel abinde infra, pro conscribendo eam in libro soldos duos, item pro dando parti in publicam formam soldos X. Si autem debitum confessum a librarum quinquaginta supra usque ad centum, tunc possit notarius accipere pro scribendo eam in libro soldos IV, item pro dando copiam parti in publicam formam soldos sedecim . . . .

---

nel quale s'havesse per alchuno de gli sapienti cessato de dir il suo consiglio sopra alchune interlocutorie, nelle quali s'habbi da differir il processo.

II. *Napoli.*

(vom J. 1307—1420.)

Uiberschrift: Constitutiones regni utriusque Siciliae. Glossis ordinariis Commentariisque excellentiss. J. U. D. Domini Andreae de Isernia ac D. Bartholomaei Capuani atque nonnullorum cum veterum tum recentiorum I. C. lucubrationibus illustratae. Quibus accesserunt capitula eiusdem Regni, Ritus magnae curiae vicariae, plurimorum Iurisperitorum interpretationibus nunc primum exornatae. Omnia a Domino Gabriele Sarayna J. C. Veronensi summo studio elaborata aucta atque emendata.

Lugduni apud haeredes Jacobi Junctae. 1568 f.[1])

Den Kern dieses Gesetzbuches bilden die Constitutionen Kaiser Friedrichs II, bearbeitet von Petrus de Vinea, publicirt im Jahr 1231 [2]).

Hieran reihen sich die Gesetze (capitula) und Ordnungen späterer Könige, welche zum größten Theile in die Zeit der Trennung Siciliens von Nea-

---

1) Auch in späteren Ausgaben vorhanden.

2) Ausführlichen Bericht über dieses Gesetzbuch Friedrichs gibt v. Raumer Gesch. der Hohenstaufen Bd. III. S. 462—555. — Uiber Petrus de Vinea (geb. zu Capua, gest. 1249 im Kerker) s. v. Savigny Bd. V S. 195—198.

pel fallen und damals nur für Neapel gültig waren.

Zu diesen gehören unter anderen

1. capitula Domini regis Roberti Hierusalem et Siciliae, bestehend aus Verordnungen des König Robert von Neapel (regierte von 1308—1343) und seines Vaters Karl II. (regierte von 1284—1309);

2. ritus magnae curiae vicariae regni Neapolis, eine Gerichts- und Proceß-Ordnung, publicirt am 19 Januar 1420 unter der Regierung der Königin Johanna II; enthält auch eine Menge älterer Verordnungen und Observanzen.

A. Aus Capitula Domini regis Roberti.

Litterae Domini Ducis ad magistrum Justitiarium et iudices magnae curiae.[3]

. . . . . Item in dictis causis civilibus, in quibus appareant instrumenta legitima, quae non sint abrasa, sed in proprii sui figura, omni vitio et suspicione carentia, summarie et de plano procedas . . . . Data Neapoli per Dominum Bartholomaeum de Capua [4].

---

3) Pag. 358. 359.

4) Uiber diesen mehr durch praktische als theoretische Wirksamkeit bedeutenden Juristen s. v. Savigny Bd. V S. 391, wo jedoch der Sohn König Roberts irrthümlich genannt zu seyn scheint.

Anno Domini MCCCVII die XII Decembris XI indictionis, regnorum nostrorum [5]) anno vigesimo secundo.

B. Aus den Ritus magnae curiae.

De instrumentis et eorum praesentationibus. [6])

Item, quod, si debitores aut debitrices quarumcunque personarum seu eorum fideiussores, ex quibus [7]) debitis publica instrumenta appareant, et in dictis curiis seu altera ipsarum praesentant [*]), et [8]) de mandato ipsarum curiarum seu alterius ipsarum citentur, ut in certo termino peremptorio eis dato in ipsa curia personaliter compareant responsuri super tenoribus instrumentorum ipsorum, et simili modo comparere debeant personaliter creditores, debitores debitorum ipsorum, responsuri super his, quae versa vice de iure competunt ad relevamen debitorum eorundem; ipsisque partibus in iudicio comparentibus interrogentur principales debitores seu eorum

5) Nehmlich Karls II.

6) Pag. 387—390. Gehört wohl noch zu den pag. 380 beginnenden: ordinationes factae in magna curia anno MCCCC die VI Septembris regnante.. . . Ladislao. —

7) Muß wohl heißen: de quibus.

*) praesentantur?

8) Dieß et muß wohl wegfallen.

fideiussores super tenoribus instrumentorum, quae praesentabuntur in ipsis curiis seu altera ipsarum per creditores eorumdem praestito prius per eos de veritate dicenda corporali ad sancta Dei evangelia iuramento. Et facta responsione per ipsos principales debitores seu eorum fideiussores, per quam confiteantur, quod instrumenta ipsa et contenta in eis vera sint, in quantumcunque asserant se satisfecisse dictis eorum creditorum de debitis contentis in instrumentis iam dictis, nisi in promptu et in ipso instanti doceant de satisfactione ipsa, si instrumentis contineantur poenae pecuniariae vel iuramenta vel alterum eorumdem, stare[9]) incarcerantur et datur ipsis debitoribus seu eorum fideiussoribus terminus ad probandum solutionem praedictam, et similiter detur terminus dictis creditoribus ad probandum si qua eis competunt ad praemissa, et interim, donec probent legitime solutionem praedictam, debeant in vinculis causam dicere. Quam solutionem si infra dictum terminum non probaverint, teneantur ad poenas pecuniarias et iuramentorum contentas in instrumentis iam dictis et nihilominus satisfacere debeant eorum creditoribus de debitis memoratis. Et si forte dicti principales debitores seu eorum fideiussores asserant dicta instrumenta fore falso modo confecta vel aliter volue-

9) Muß wohl heißen: statim.

rint dicere et allegare, quod instrumenta ipsa non valeant, detur etiam eis terminus ad probandum falsitatem praedictam, qui, si falsitatem ipsam vel defectus alios huiusmodi infra ipsum terminum non probaverint, teneantur propterea ad poenam debitam praeter dictas poenas in dictis instrumentis contentas, prout hactenus in curiis ipsis et qualibet earum exstitit laudabiliter observatum.

Et si debitores in continenti vel in vinculis existentes probaverint solutionem falsitatem vel defectus praedictos, tunc et eo casu credires ipsi puniuntur pro qualibet uncia in uno Augustali, quae poena pro medietate applicetur fisco et reliqua medietas parti laesae persolvatur et eo facto debitores ipsi de facto liberentur . .

. . . .

Item, quod, si debitores citati super tenoribus instrumentorum in dictis curiis vel altera ipsarum fuerint contumaces et non comparuerint in termino statuto, statim tanquam suspecti possint capi de persona.

Item, quod, si aliquis vel aliqua citatus vel citata fuerit de mandato dictarum curiarum seu alterius earum ad respondendum super tenore instrumenti alicuius debiti, in quo contineatur poena pecuniaria et iuramentum, si de periurio vel poena accusetur aut aliter quomodolibet conveniatur, citatus vel citata compareat in curia in peremtorio termino sibi praefixo cum sacculo pa-

ratus seu parata satisfacere de debito creditori, ad quod teneatur, etiam si lapsus fuerit terminus, in quo solvere tenebatur, . . . in dictis curiis . . . ex quadam aequitate nullatenus procedatur contra dictum debitorem aut debitricem super poenis praedictis.

Practica super tenore instrumenti. [10]

Item servat ipsa curia, quod, si aliquis vel aliqua interrogata per ipsam curiam super tenore alicuius instrumenti depositi, commodati vel alterius debiti, sive confiteatur instrumentum ipsum esse verum asserens se satisfecisse sive neget instrumentum esse verum, statim detinetur et competens terminus datur ad probandum defensiones suas, nisi in promptu doceat per publicum instrumentum quietationis vel per aliam scripturam authenticam, quo casu non detinetur. . . . , sed detinetur suus adversarius tamquam calumniator et periurus.

De praeventione. [11]

Item, quod, quando contigerit fieri praeventionem per debitorem alicuius contra aliquem creditorem, quod restituatur instrumentum debiti, quod est penes eum, pro rupto et casso, et fa-

10) Pag. 390.
11) Pag. 392.

ceret mentionem in citatione praeventionis, quod est eidem creditori satisfactum, per ipsas curias et in altera earum debeat dari brevis terminus secundum distantiam locorum ad probandum de ipsa satisfactione; et si actor probaverit pecuniam fore solutam eidem creditori per debitorem seu alium eius nomine, aut per alias legitimas probationes, quod fuerit satisfactum dicto creditori, per ipsas curias seu alteram ipsarum condemnetur creditor ad dandum et restituendum ipsum instrumentum pro rupto et casso ipsi debitori; interim vero, donec causa praeventionis pendet, non procedatur ad interrogationem instrumenti contra debitorem ipsum iuxta ritum per nos superius expressum, et ipso facto puniatur debitor [12]) eo casu pro qualibet uncia debita ad Tarenos auri VI dictae curiae, applicandos pro medietate fisco et reliqua medietate parti.

Quaedam aliae ordinationes noviter factae in eadem curia. [13])

In primis, quod, ubi aliquis habeat aliquod instrumentum publicum contra aliquem mutui, depositi seu cuiuslibet alterius contractus, ita, quod instrumentum illud sit liquidum ex omni

12) Man muß hier entweder die Voraussetzung der Niederlage des debitor in causa praeventionis suppliren oder *creditor* statt debitor lesen.

13) Pag. 392.

parte, et debitor seu fideiussores eius velint praevenire suum creditorem, quod sibi satisfecerint s. aliter quovis modo velint dicere contra dictum instrumentum.[14]) Item, quod ad satisfactionem dicti debiti debitor seu fideiussores eius non teneantur dicto suo creditori, quod praeventio ipsa non potest fieri nisi in dicta curia, et, si fiat in aliis curiis, nullius sit roboris vel momenti, nisi creditor sit clericus, quo casu praeventio ipsa fieri possit in curia ecclesiastica; imo si instrumentum praesentatur in dicta curia post praeventionem factam in aliis curiis procedat interrogatio super tenore dicti instrumenti praeventione ipsa facta in aliis curiis non obstante.

De praeambulis.[15])

Item servat ipsa curia, quod, quando creditor praesentat instrumentum debiti contra debitorem suum et instrumentum non est liquidum de se et velit creditor liquidare instrumentum per petitionem praeambuli et per testes examinandos in dicta petitione, ut puta quia est haeres creditoris defuncti, et primo et ante omnia praesen-

---

14) Hier muß wohl ein Comma gesetzt werden. Der darauffolgende Satz: item quod ad satisfactionem .... non teneantur ist dann von dem vorhergehenden velint dicere abhängig. Zu In primis, quod gehört: praeventio ipsa non potest fieri.

15) Pag. 404.

tare debet in dicta curia instrumentum et exprimere, pro quanta quantitate praesentat instrumentum et se obligare ad poenam unius floreni pro qualibet uncia debenda ei per debitorem et persequi causam infra duos menses et deinde offere petitionem praeambuli ad haec, ut, si apparet, quod dictus haeres seu alius creditor non deberet habere integram pecuniam, pro qua se obligaverit[16]), teneatur solvere eidem curiae dictam obligationem ad rationem de floreno uno per unciam; et si instrumentum ipsum non praesentabit in dicta curia et obligationem ipsam non facit primo et ante omnia, ut praedicitur, non admittatur per dictam curiam ad oblationem petitionis praeambuli, pro eo, quod curia ipsa non intendit vexare partes et iudicium esset elusorium.

---

16) sc. ad poenam.

III. *Ancona.*

(vom Jahr 1357.)

Ueberschrift: Constitutiones marchiae Anconitanae. Noviter ab omnibus erroribus atque mendis expurgatae, cum Additionibus antiquis. Novissime autem quaedam novae additiones adiectae fuerunt usque in praesentem diem, praesertim Julii II et Pauli III summ. Pont. quae nunquam alias ab ullo typographo impressae fuerunt. MDXXXX.

Am Schluß: . . . Impressum fuit Venetiis. Impensis Nob. viri D. Nicolai de Aristotele civis Ferrariensis, Anno a deiparae virg. partu MDXL.

78 Blätter in fol. mit Blattzahlen.

Das ganze Werk ist eine am 12 April 1539 publicirte Compilation folgender Stücke:

I. Voran stehen auf 44 Blättern die alten Constitutionen der päpstlichen Regierung für die zum Kirchenstaat gehörige Mark Ancona, reformirt und

in sechs Bücher abgetheilt von dem Bischof von Sabina, Aegidius[1]), Generalvicar des Papstes Innocenz VI. Diese Reformation muß zwischen 1355 und 1357 zu Stande gekommen seyn, da sie Verordnungen von Innocenz VI. aus dem dritten Regierungsjahre desselben enthält, im J. 1357 aber zugleich mit Additionen, welche die Hauptreformation als vollendet voraussetzen, promulgirt wurde.

In der Mark Ancona war damals das vorhin gänzlich zerstörte Ansehen der päpstlichen Oberherrlichkeit durch die energischen Maßregeln des genannten Statthalters eben wieder hergestellt worden. Zur Befestigung desselben und in demselben Maaße zur Unterdrückung der Freiheiten, welche sich Gemeinden, Zünfte, einzelne Familien angeeignet hatten, ist offenbar diese Sammlung von Constitutionen bestimmt und — wenn die strengen Verordnungen eben so strenge gehandhabt wurden — auch sehr wohl geeignet gewesen.

Die sechs Bücher Constitutionen galten als eigentliches Landrecht für die ganze Mark[2]). So-

---

1) Es ist dieß der in der Geschichte des Kirchenstaats so bedeutende Cardinal Aegidius d'Albornoz, welchem diese Statthalterschaft im Kirchenstaate vom Jahre 1353 bis zum J. 1367 fast ohne Unterbrechung anvertraut war.

2) Zu dieser wurden gerechnet: 1. Städte ersten Rangs: Ancona, Firmum, Camerenum, Esculum, Urbinum; 2. Städte zweiten Ranges: Pensaurum, Fanum, Forumsempronium, Calium, Exium, Racanetum,

wohl alte als neue Statuten der Gemeinden und Zünfte mußten der Revision und Bestätigung des rector marchiae [3]) unterworfen worden, bei Strafe der Ungültigkeit und schwerer Geldbuße. Die Bestimmungen dieser Statuten sollten nur in den Fällen, für welche die Constitutionen nicht ausreichten, und nur in so weit zur Anwendung kommen, als sie mit den Constitutionen nicht in Widerspruch stehen. Für nichtig erklärt werden ein für allemal alle Statuten, welche gegen das Interesse der päpstlichen Regierung, insbesondere diejenigen, welche auf eine Beschränkung der päpstlichen Gerichtsbarkeit gerichtet sind, für deren Ausübung in geistlichen und weltlichen Sachen durch eine sehr vollständige Organisation des Gerichtswesens gesorgt war. Die durch altes Herkommen oder Verleihung erworbenen Jurisdictionsrechte des Adels und der Städte waren äußerst beschränkt und der Gerichtsbarkeit des rector marchiae streng untergeordnet. An die Gerichtshöfe desselben gingen alle Appellationen.

Auf den Landtagen soll nichts Aufregendes ge-

Macerata, Fabrianum, Sanctum severinum; 3. Zwei und zwanzig Ortschaften dritten Ranges; 4. sechs und zwanzig Ortschaften vierten Ranges; 5. dreizehn Ortschaften letzten Ranges. (S. Constit. Lib. II. cap. 52 fol. 23.)

3) Als päpstlichen Provincial-Chefs, welcher von dem Generalvicar ernannt und demselben unmittelbar untergeben war.

sprochen oder gehandelt werden; was für aufregend gelten solle, ist dem Ermessen des Rector anheimgegeben.

Kurz, nicht nur das politische Regiment und der entschiedenste Einfluß auf die Gesetzgebung, sondern auch die Rechtspflege war in den Händen der päpstlichen Regierung.

II. Auf die sechs Bücher Constitutionen folgen Additiones novae[4]) (Blatt 45 bis 62), und zwar:

1. additiones domini Sabinensis, (des oben genannten Aegidius episc. Sabinensis,) welche zwar mit eigener Ueberschrift versehen, aber dem Lib. VI der Constitutionen als capp. 29 — 35 (Blatt 45 bis 46) angehängt sind. Am Schlusse derselben heißt es:

Praefatae omnes constitutiones domini Egidii Sabinensis lectae et publicatae fuerunt in generali parlamento provincialium et approbatae civitate Fani die penultima et ultima mensis aprilis et die prima maii. MCCCLVII.

2. Additional-Constitutionen vom J. 1420 bis 1480 mit Angabe der verschiedenen Regierungen, unter welchen sie erlassen worden.

III. Hierauf folgen (Blatt 63 bis 78) Additiones novissimae, welche vorher noch nicht gedruckt waren, vom Jahr 1478 bis zum J. 1536.

4) Dieselben, welche auf dem Titelblatte antiquae genannt werden.

A. Aus den alten Statuten:

Lib. V. Cap. III.

De modo procedendi, quando de debito apparet publicum instrumentum.[5]

Finem litibus imponere cupientes, ne immortales existant, et ut parcatur laboribus partium et expensis, praesenti nostra constitutione firmamus et ordinamus, quod si quis coram iudice ad causas civiles deputato suum debitorem fecerit evocari et coram ipso iudice ab eodem suo debitore petierit aliquam pecuniae quantitatem vel rem certam ex quacunque causa legitima et pro ipso debito contra ipsum debitorem produxerit publicum instrumentum non abolitum non cancellatum nec vituperatum in aliqua parte sui, quod instrumentum contineat promissionem vel obligationem ipsius quantitatis vel rei petitae, quod iudex praedictus faciat dari copiam parti secundum formam iuris et terminum ei statuat ad opponendum et probandum contra ipsum instrumentum et ipsum creditorem omnes exceptiones sibi competentes vel quae competere possent contra ipsum instrumentum et ipsum creditorem, quod si infra ipsum terminum non opposuerit vel opposita non probaverit, ad solutionem tunc talis de-

---

5) Fol. 37.

biti dictus debitor realiter et personaliter constringatur ad voluntatem creditoris, donec ipsi creditori fuerit plenarie satisfactum.

Quod si dictus debitor citatus ad petitionem creditoris non comparuerit, ponatur in banno in quantitate valoris rei petitae et in expensis creditori et in tantundem camerae, assignato termino trium dierum ei, qui habitaverit in loco, in quo curia residet, et octo dierum ei, qui absens fuerit a curia memorata, infra quos dies si non comparuerit, bannum incurrat praedictum, de quo dictus debitor exire non possit attento dicto instrumento debiti, de quo dictum est supra, nisi suo creditori et camerae satisfecerit de praedictis; et talis bannitus possit capi et detineri usque ad satisfactionem condignam.

Et praedicta omnia locum habeant sive petat ille, cui facta est promissio vel obligatio, quae continetur in instrumento, sive heredes sive successores universales vel particulares in quota, sive eius procurator simplex vel habens iura cessa ab eo, et sive petat contra promissorem vel obligatum scriptum in instrumento sive contra eius heredem vel universalem vel particularem in quota successorem, de quibus omnibus et singulis possit fieri interrogatio (cui debeat responderi) et probatio per omnem modum et sine libello, contestatione litis vel iuramento de calumnia vel alia iuris solennitate.

Si vero creditor voluerit potius pro contumacia sui debitoris tenutam sibi dari, quam ipsum debitorem in banno poni, instrumento ostenso publico debiti vel non ostenso servetur forma capituli sequentis incipientis : Civilium causarum, prout ipsi creditori videbitur expedire.

Volumus et ordinamus, quod in omni casu executionis instrumenti vel praecepti fiendi [6]) secundum formam huius constitutionis liceat creditori uti via personali capturae, detentionis, et via tenutae, pignoris, utraque simul vel altera tantum, ut maluerit, et incoepta una via redire ad aliam usque quo fuerit sibi integre satisfactum.

Et hoc totum, quod in praesenti constitutione supra continetur, non vendicet sibi locum in contractibus iudaeorum et usurariorum manifestorum. Qui autem sint manifesti quoad hoc, ut non habeat [habeant] beneficium huius constitutionis, sufficit probatio publicae famae probando per quatuor testes.

Volumus insuper et ordinamus, quod praedictus modus procedendi et praedicta omnia locum habeant etiam quando petitur executio praecepti vel sententiae, si hoc voluerit creditor et etiam, quando petitur per heredem vel legatarium vel fideicommissarium vel institutum vel eorum heredem aliquid ex testamento vel alia ultima vo-

---

6) fiendae ?

luntate, de quo vel qua apparet publicum instrumentum. Et in omnibus casibus praedictis nulla alia solennitas vel ordo requiratur vel alius actus nisi ut in praesenti constitutione per nos exstitit declaratum; per haec tamen non negamus heredi scripto, quin possit uti beneficio, edicto,[7]) de edicto Divi Adriani tollendo, quo si velit uti, tunc in casu iura communia volumus observari.

B. Aus den Additional-Constitutionen vom 1. Januar 1450:

Cap. IX. De modo procedendi, quando apparent opodissae privatae manu debitoris vel alterius cum testibus[8]).

Sub quinto libro *de officio iudicis* civilium[9]), sub rubrica *de modo procedendi, quando de debito apparet publicum instrumentum*, incipit *finem litibus*.

Addendo extendimus et constitutionem ipsam quoad ordinem procedendi et paratam executionem sibi vendicari volumus in scriptis sive apodissis privatis, quae manu debitoris scriptae dicentur, seu manu alterius dummodo bino teste descripta,

---

7) Edicti mit Weglassung der beiden Comma?

8) Fol. 51.

9) sc. constitutionum.

facta tamen recognitione prius de dicta scripta per ipsum debitorem, si viveret, ac etiam per ipsos testes seu eorum heredes, si non viverent, seu per litterarum comparationes, seu modos a iure traditos super litterarum comparationes, ita, quod veritati locus aperiatur.

C. Aus den additiones novissimae:

Additional-Constitution des Statthalters Antonius de sancta Maria de monte ferraro vom Jahr 1487. 10)

. . . volumus et ordinamus, quod si contingat, aliquem fore debitorem alicuius personae collegii vel universitatis in aliqua re seu pecuniarum quantitate, pro qua dictus debitor se obligaverit suo creditori in forma camerae apostolicae etiam cum constitutione procuratorum ad confitendum debitum et praeceptum de solvendo in se recipiendum et cum aliis clausulis in huiusmodi obligatione et contractibus apponi consuetis, dicto procuratori sic confitenti non statuatur terminus per iudicem minor decem dierum ad solvendum, nec contra debitorem possit executio fieri nec dictus terminus currat nisi facta prius notificatione ipsi reo de dilatione ad solvendum suo procuratori data personaliter vel domi eius soli-

10) Fol. 67. —

tae habitationis per literas iudicis de causa cognoscentis sumptibus ipsius rei.

Infra quem terminum dictus reus, si comparuerit, audiatur in suis exceptionibus de iure et secundum formam constitutionum sibi competentibus.

Quo termino elapso, si reus nihil opposuerit vel opposita non probaverit, quae ipsum relevare haberent, procedatur ad executionem pro quantitate seu repetita [re petita] et pro expensis et nihilominus pro qualibet exceptione opposita et non probata per ipsum condemnetur in libre[11]) decem denariorum ipso facto camerae apostolicae applicanda et ulterius in dicta curia non audiatur.

Item salaria patrociniorum in causis huiusmodi taxamus [12]). . . . . . .

---

11) So statt : libras . . . applicandas.

12) Die ganze Verordnung ist eigentlich nur auf die Bestimmung der Salarien der Procuratoren gerichtet; jene materielle Bestimmung über die Cameral-Obligation ist nur gelegentlich eingestreut, ihre Bekanntschaft also vorausgesetzt.

IV. *Milano.*

(Vom Jahr 1398 — 1502.)

[Volumen statutorum iurisdictionum et extraordinariorum.]

Titelblatt fehlt; vielleicht nur in dem Exemplar, welches ich in Händen hatte.

Voran steht ein Register mit der Ueberschrift: Tabula.

Pro faciliori contentorum in hoc volumine statutorum inventione Tabula praeposita est: in qua omnes tam generales quam speciales generalibus suppositae Rubricae continentur.

Dann folgt das Promulgations-Patent des Königs Ludwig von Frankreich, Neapel und Jerusalem, Herzogs von Mailand, datirt vom 23 April 1502.

Hierauf ein Privilegium gegen den Nachdruck auf 10 Jahre.

Dann Folio 1:

In iurisdictionibus.

Rubrica Generalis de Sapientibus et consilio et aliis accidentibus.

De electione Dominorum duodecim provisionum et eorum officio.

Nun beginnt der Text.

Am Ende des Buchs: Impressum Mediolani.

Apud Alexandrum Minutianum. Impensis Petri martiris et Baptiste Fratrum de Bugatis. Anno Domini MCCCCCXII. Die XVI Mensis Septembris.

156 Blätter in fol. mit Blattzahlen.

Aus dem Promulgations-Patent vom 23 April 1502 und aus der den Schluß des ganzen Werks bildenden Verordnung: de observatione praesentium statutorum et de annullatione et cassatione antiquorum statutorum et decretorum obviantium praesentibus statutis ergibt sich Folgendes:

Das Stadtrecht von Mailand hatte die letzte umfassende Reformation in den Jahren 1396 — 1398 erfahren. Aus dieser Reformation war hervorgegangen: im Jahr 1396 ein volumen maleficiorum, ein volumen iurisdictionum und ein volumen extraordinariorum [1]), im J. 1398 ein volumen civilium.

Ludwig XII von Frankreich beschloß nun bald nach der Besitznahme Mailands (1500) eine Revision des gesammten Stadtrechts, welche einem Collegium von Senatoren, Richtern und Advokaten übertragen wurde und im Jahre 1502 dergestalt zu Stande kam, daß nur das volumen iu-

1) Auch der statuta victualium, datiorum, mercatorum et mercatorum lanae, als unter der Reformation vom J. 1396 begriffen, wird gedacht. (Fol. 156). Es ist aber nicht klar, ob sie zu einem der oben aufgezählten drei volumina gehören oder eigene volumina bilden.

risdictionum et extraordinariorum einer förmlichen Reformation unterworfen, zu den übrigen Statuten aus den Jahren 1396 und 1398 aber nur einzelne Correctionen geliefert wurden.

Diese Reformation ist eben das vor uns liegende Werk, in welches zugleich die einzelnen Correctionen der übrigen Statuten eingestreut sind.

Neben dem reformirten volumen statutorum iurisdictionum et extraordinariorum vom J. 1502 galten also noch das volumen maleficiorum vom J. 1396 und das volumen civilium vom J. 1398. Wie sich zu diesen die späteren Ausgaben des Mailänder Statutarrechts [2]) verhalten, kann ich nicht angeben, da ich nur das volumen iurisdictionum et extraordinarium zu benützen Gelegenheit hatte. Aus diesem [3]) ergibt sich zwar eine genaue Bekanntschaft

2) Lipenii Biblioth. iurid. sub. v. *Italica.* Ed. Lips. 1757. Tom. I. p. 649. — Mittermaier Grundſ. des deutsch. Privatr. 5. Ausg. §. 43. Note 3. S. 138. — Hüllmann Städtewesen des Mittelalters Th. 3 S. 600.

3) Z. C. fol. 63b: »pro declaratione statuti positi sub rubrica generali de iudiciis et sub rubrica speciali de executione instrumenti et scripti, quod incipit: Si quis prima facie.« — fol. 132: »observentur disposita in statuto posito in volumine statutorum communis Mediolani sub rubrica generali de iudiciis et sub rubrica speciali *de executione instrumenti et scripti manu debitoris facti vel subscripti,* quod incipit: Si quis prima facie etc. fol. 13.« — und in vielen anderen Stellen.

mit dem Institut der exekutorischen Urkunden; der Hauptsitz dieser Materie ist aber im volumen civilium vom Jahr 1398. Hierauf bezieht sich folgende Stelle.

Volumen iurisdictionum et extraordinariorum.

Rubr. De termino probandi contra executionem infrascriptorum.[4]

Statuitur, si per apparentem prima facie debitorem vel eius heredem aut legitimum eius nomine procuratorem contra impetratas executiones aut impetrata sequestra contradictionem . . . fieri contigerit, producto per creditorem vel verificatos vel apparentes heredes instrumento seu chirographo verificato et non praescripto praefixus ipso iure intelligatur debitori terminus dierum XV utilium probandi et probatum habendi quocunque probationum genere quicquid contra instrumenta et chirographa ipsa velit. Ipsoque termino praeterito nec solutione probata aut quare ad ipsam non teneatur solutionem, iuris omnibus remediis (excepta personali detentione, ubi alias de iure capi non possit,) debitorem apparentem cogi debere, omni prorsus exceptione postposita, etiam statuto de sapientibus dandis nec de compromisso faciendo non obstante et absque alia monitione vel censura ad ipsi satisfaciendum cre-

4) Fol. 61b — 62.

ditori. Quod si de parte solutionis aut non debendae partis eiusdem per legitimam causam sit probatum, ad reliquam debitor partem crediti persolvendam compellatur.

Et, ut omnino calumniantium dolis toto conatu occuratur, si satisfacto creditore infra XXX dies utiles a die solutionis connumerandos indebite exactum a se pecuniam vel rem debitor seu indebitum solvisse probaverit, quae tamen probatio brevi termino nequaquam obstante admissa ipso iure censeatur, ad duplum debitori eius, quod indebite exactum constiterit, restituendum statuitur creditorem ipsum irremissibiliter compelli, si in eius personam creditum vel alium pro eo causatum sit, aliter ad exactum indebite duntaxat retrodandum, nisi appareat ipsum scivisse tale debitum fuisse solutum, quo casu ad duplum retrodandum teneatur ut supra.

Et ulterius declaratur etiam, per huiusmodi statuti provisionem non excludi vel aliqualiter immutari ea remedia, quibus ex aliqua lege municipali vel aliter celerius creditoribus vel quibusvis spectat consultum sit vel consuli possit pro executione facienda.

Ita tamen, quod, si quis etiam elapso termino dictorum XV dierum utilium voluerit deferre iusiurandum alteri parti, id facere possit et valeat, prout etiam facere potest ex forma

alterius statuti de iureiurando, lapsu dicti termini non obstante. Si vero in termino aliquid sit productum circa consilium sapientis dandum vel non dandum, servetur forma dicti statuti allegati, ut supra, quod incipit: *Si quis prima facie* in fol. XIII civilium.

V. *Tivoli.*

(Um's Jahr 1400.)

Ueberschrift: **Statuta et reformationes circa stilum civitatis Tyburtinae.**

Am Schluß: **Hoc opus Impressum Romae per Magistrum Stephanum Guilleréti de Lotoringia bibliopola. Anno 1522. Die XVI Maii. Sede vacante.**

Fünf Bücher, in Kapitel abgetheilt. 81 Blätter in Fol. mit Blattzahlen.

Ueber die Vorbereitung dieser Statuten zum Drucke, welchem eine eigentliche Reformation nicht vorherging, enthält des prooemium Folgendes:

. . . . Sicut maiores nostri quieti et tranquillitati civium consulentes varia statuta condiderunt atque pro temporum auctoritate auxerunt et mutaverunt. Nunc demum Tyburtia statuta ob diuturnam vetustatem oblitterata et caduca effecta propter assiduam revolutionem et causarum multiplicium agitationem, admodum quidem opportuna visa est eorum renovatio ac redintegratio, ut ea, quae discreta erant in plura volumina et chartas, in unicum volumen redigerentur. Hinc est, quod nobilis vir Antonius Si-

monis Petrachae inter Primores Tyburtiae civitatis, cupidus publici commodi, cernens, quod vix omnium iurisconsultorum decreta sine statutis sufficerent, studiosissime curavit tam vetera statuta quam modernas reformationes instaurare et renovare ad pristinam lucem. Et deinceps decreto publico impressoribus tradidit imprimenda, quod ex primo exemplari duo solum volumina ad communem usum in pergameno et centum alia ad privatorum civium disciplinam in papyro a bibliopola imprimi mandavit . . . sub annis MDXXII.

Die alten Statuten und neueren Reformationen sind nicht genau zu unterscheiden. Noch weniger läßt sich das Alter der einzelnen Stücke mit Bestimmtheit angeben. Einige Zusatzartikel sind aus dem Anfange des XV Jahrhunderts. Die jüngste Reformation wird also wenigstens in das XIV Jahrhundert hinaufreichen und die sogenannten vetera statuta sind wahrscheinlich noch viel älter, wenn jene Stelle im Proömium nicht auf Uebertreibung beruht.

Lib II. Cap. VI. (Fol. 19b.)

Qualiter procedatur in debitis, ubi apparet publicum instrumentum.

Statuimus et ordinamus: cuiuscunque quantitatis ubi apparet publicari [publicum] instrumentum, libellus non offeratur nec aliquis soli-

tus ordo iudiciorum servetur, sed hoc modo et ordine procedatur, scilicet, quod citato reo et instrumento in iudicio producto, sive compareat reus sive non, detur eidem terminus peremptorius per ipsam curiam VI dierum ad opponendum et ad probandum contra ipsum instrumentum tam de falso quam de soluto et omnem aliam exceptionem peremptoriam, quam apponere [opponere] et probare voluerit, quo termino elapso, si ipse reus in probatione praedictorum defecerit, detur eidem terminus ad solvendum, ut datur terminus in confessum, sicut inferius statutum proxime continetur, et executioni mandetur ut terminus datus per curiam et completus. Et idem dicimus observandum in apodissis debitorum propria manu scriptis, dummodo fuerit prius debitor citatus ad recognitionem apodisae, si scripta vel subscripta fuerit manu sua, de qua iudici liqueat, vel per confessionem debitoris vel comparationem literarum vel aliis legitimis probationibus de eis summarie cognoscendo, quibus terminis nulli liceat appellare.

Lib. II Cap. VII. (Fol. 20.)

De terminis dandis in debitis confessis.

Statuimus, quod in debitis confessis per curiam Tyburtinam dentur termini infrascripti, videlicet in quantitate XL Solid. et a XL infra detur terminus VIII dierum ad solvendum, a XL

supra hinc ad X lib. et de X lib. detur terminus ad solvendum XV dierum, et a X lib. supra usque L lib. et de L lib. detur terminus unius mensis, et a L lib. hinc ad centum lib. et de centum lib. detur terminus duorum mensium, et a centum lib. supra trium mensium per ipsam curiam terminus detur ad solvendum.

VI. *Genova.*

(Um's Jahr 1414.)

Titelblatt: Statuta et decreta communis Genuae: quae quam ordinatissime diligentissime et castigatissime ad communem cunctorum Genuensium utilitatem nec non voluptatem impressa sint, liquido patebit legentibus.

Am Ende: Explicit . . . Statutorum Capitulorum ordinamentorum et Decretorum Communis Genuae tam Civilium quam Criminalium Sacro Sanctum Volumen . . . . Impressum Bononiae . . ab Caligula Bazalerio Cive Bononiense . . Currente anno nativitatis Domini MCCCCLXXXXVIII. Fol.

Die fünf ersten Bücher, abgetheilt in Capitel, enthalten auf 87 Blättern mit Blattzahlen die Civilstatuten. Dann folgen auf 29 Blättern mit neuen Blattzahlen capitula seu ordinamenta criminalia.

Das Ganze ist von Antonius Maria Visdominus de Arcula zum Drucke befördert, und zwar, wie es scheint, ohne irgend einen officiellen Auftrag. Von ihm ist auch eine lange aber leere und

schwülstige Dedicatoria vom 4 Juli 1498 vorangedruckt, aus welcher sonst nichts Dienliches hervorgeht, als, daß die Genuesischen Statuten vordem noch nicht gedruckt, daß die geschriebenen Exemplare zu seiner Zeit selten waren, endlich, daß er seiner Ausgabe den geschriebenen codex eines gewissen Paulus Baxadona, verglichen mit drei andern Handschriften, zu Grunde gelegt hat. Ueber das Alter der Statuten ist nichts Näheres zu entnehmen.

Im Texte selbst kommen einige Statuten theils als eigene Capitel, theils als Additionen zu einzelnen Capiteln vor, welche vom 8 Oktober 1414, vom 12 November 1414, vom 13 August 1416 datirt sind; das jüngste Datum ist aus dem Jahre 1484. Es sind überhaupt aber nur wenige Capitel, bei welchen das Alter angegeben ist.

Im Ganzen ist das Statut also wenigstens älter als aus dem Jahre 1414, in welches die ersten Additionen fallen.

Die Statuta civilia wurden im Jahr 1588 einer neuen Reformation unterworfen und im J. 1589 gedruckt:

> Statutorum civilium reipublicae Genuensis nuper reformatorum libri VI. Genuae MDLXXXIX. Apud Hieronymum Bartolum. 216 Seiten in Folio mit Seitenzahlen.

Diese Reformation ist sehr gut redigirt. Besonders die Proceßordnung ist gut und vollständig.

A. Aus den Statuten der Ausg. vom J. 1498:

Lib. II. Cap. II. (Fol. 21 — 23.)

De sententiis, instrumentis et ultimis voluntatibus executioni mandandis.

Si quis sententiam fuerit consecutus . . . et ipse vel habens causam ab eo . . postulaverit dictam sententiam executioni mandare contra personam, contra quam dicta sententia fuerit data vel eius successorem universalem, . . . citetur per magistratum persona, contra quam dicta executio fuerit postulata, . . primo iurante actore de calumnia in petitione dictae executionis et securitatem idoneam praestante de restituendo toto eo, de quo ipse actor consecutus fuerit solutionem, in hunc modum videlicet: si nulla erit sententia, quod restituat totum id, quod ipse actor recipiet occasione sententiae et ultra soldos tres pro qualibet libra, et si probabitur remissa vel falsa vel soluta, quod actor restituat reo duplum totius quantitatis, quam occasione dictae executionis recipiet . . . .

Et si haberi poterit persona debitoris, vel de bonis vel de rebus eius invenietur, satisfiat petenti executionem a die, qua fuerit postulata executio et citatio subsecuta, infra unum men-

sem [1]. Si conventus contradicere noluerit, quo casu expediatur dicta executio transactis X diebus, infra quos decem dies, si contradicere voluerit, compellatur praestare securitatem idoneam principaliter de solvendo . . . Ad quam satisdationem non teneatur, si subire vellet carceres; nec aliter audiatur volens defendere se vel obiicere praedictis; tamen alieno nomine conventi satisdare non cogantur . . . .

Quae quidem solutio fiat et fieri debeat actori sine libello et pignore bandi et sine strepitu et figura iudicii postquam cesserit et venerit dies sententiae et petita fuerit dies executioni mandari [sic], et fuerit cautum et iuratum de calumnia infra mensem, infra quem actor teneatur executionem legitimare, ut executio possit esse in casu expeditionis; in quo termino mensis et dictorum X dierum non computentur feriae nativitatis domini et resurrectionis eiusdem nec etiam feriae repentinae. Et si elapso mense actor vellet probare, adhuc detur ad probandum terminus actori et reo et infra quem terminum omnes probationes debeant fieri, quo elapso magistratus teneatur pronunciare in causa dictae executionis et debeat ipsam expedire condemnando vel absolvendo; qui tamen actor, si dictum terminum consequi voluerit, teneatur illum petere infra XV dies a die finiti primi mensis, quibus elapsis

1) Statt des Punkt muß hier wohl ein Comma stehen.

dictus terminus concedi non possit. Exhibitiones autem instrumentorum possint fieri non expedita causa, scilicet ante sententiam. Et si fuerit exhibitum instrumentum vel apodixia banchi de tapeto [2]) solutionis vel quitationis legitimae eius sententiae exequi postulatae vel instrumentum sententiae incissum, quod fuerit petitum executioni mandari, non expediatur dicta executio, si dictum instrumentum non erit commune actoris et rei; alia [alias] autem non obstantibus dictis executionibus [exceptionibus] nullitatum, falsitatum, remissionis, solutionis vel quitationis, vel aliqua alia causa, quae dici vel excogitari possit, nisi ut supra, expediatur dicta executio, dum tamen personae sint legitimae. Salvo, si per responsiones ad aliquas interrogationes factas apparuerit, quod inde recepisset aliquam solutionem vel fecisset aliquam quitationem vel remissionem dictae executionis, quo casu de eo, quod apparuerit solutum remissum vel quitatum, non expediatur executio, quas quidem interrogationes demum possit facere reus ante expeditionem executionis. Possit tamen reus non obstantibus aliquibus in praesenti capitulo contentis ante expeditionem executionis probare per testes

2) apodixia (für apodissa = apocha) banchi de tapeto heißt nichts anderes, als eine gerichtliche Quittung; pagar su tappeto heißt auch im heutigen Italienischen: bei Gericht zahlen.

et alio quocunque modo de solutione, quitatione vel remissione, quam factam assereret post executionem postulatam, nec pro ea quantitate, de qua probatum fuerit, dicta executio debeat expediri . . . .

. . . Et quod dictum est in sententiis, habeat ut supra locum per omnia et in omnibus instrumentis quantamcunque quantitatem debitam continentibus pecuniae numeratae, quorum dies cesserit et venerit ex inspectione ipsius instrumenti, et etiam si conditiones et modi ipsius [sc. instrumenti] per actorem probentur vel ex parte ipsius actoris impletus esset contractus et servata fides contenta et promissa in ipso instrumento. Et pro sorte tantum habeat locum petitio executionis, non autem pro poena vel in specialibus instrumentis pro poenis, praeterquam pro poenis pacis, in quibus fiant et fieri possint petitiones executionum, et praeterquam pro promissis ratione interesse conventi et taxati inter contrahentes vel promissis in defectum observationis principaliter promissorum vel alicuius eorum. Et hoc sive fuerint instrumenta originalia sive surrepta vel exemplata appareant manu publici notarii de mandato alicuius magistratus Januae si fuerit facta extra Januam et suburbia, et si infra Januam et suburbia per notarium de collegio notariorum Januae de mandato magistratus. Salvo, quod transacto mense ex poena instrumenti petiti executioni mandari possit exigi soldus unus pro qualibet libra sor-

tis instrumento contentae infra dies octo; et elapsis ipsis octo diebus, si sors soluta non fuerit, possint exigi soldi duo, in quibus computetur dictus soldus unus; qui soldus unus vel duo nullo modo exigi possint a debitore, qui non contradixisset executioni postulatae infra dies X ad respondendum executioni. . . . Et habeat locum praesens capitulum in instrumentis cambiorum et petitiones executionum ipsorum expediantur . . per magistratum non obstantibus oppositionibus, si quae fierent, quae continerent usuram; in causis quorum instrumentorum cambiorum directe vel per indirectum, repetendo vel aliter, non possit haberi additus [aditus] ad curiam ecclesiasticam [3]) sub poena dupli quantitatis cambii praedicti. . . . .

Et quod supra dictum est de sententiis instrumentorum [instrumentis sententiarum], locum habeat in testamentis omnibus seu ultimis voluntatibus executioni mandandis in omnibus et per omnia, prout supra.

A sententiis autem latis in causis executionum non possit appellari vel nulla dici vel contra ipsas in integrum restitutio peti, salvo beneficio meliorationis sententiae iuxta formam capituli de Appellationibus . . . .

Et habeat locum praesens capitulum in in-

---

3) Nehmlich wegen der durch das canonische Recht verbotenen Zinsen.

strumentis, sententiis et ultimis voluntatibus, in quibus continetur pecunia numerata, et etiam in sententiis, in quibus continentur alia mobilia vel immobilia vel incorporalia; in quibus sententiis non continentibus pecuniam numeratam ut supra per actorem detur fideiussio solum per modum praedictum de restituendo infra mensem ea, quae fuerit consecutus dictae executionis occasione et ultra soldos tres pro qualibet libra . . . . . .

Lib. I. Cap. XXVI. (Fol. 17.)
De Appellationibus.

. . . . . . Possit etiam appellari vel peti haberi consilium sapientis a sententiis latis super executionibus postulatis secundum formam capituli, quas sententias executionum ille Judex de collegio, cui dicta appellatio fuerit commissa, teneatur et debeat terminasse et deposuisse suum consilium infra dies XV a die appellationis interpositae; . . . et nihilominus executio dictarum sententiarum super executionibus latarum nullatenus retardetur, sed ad executionem earum debeat procedere magistratus perinde ac si appellatum non fuisset.

B. Aus den Statuten der Ausgabe v. J. 1589:

Lib. II. Cap. III. (Pag. 43—48.)
De causis executivis.

Instrumenta publica, confecta sive intra sive

extra dominium, continentia quantitatem pecuniae seu habentia relationem ad instrumentum quantitatem pecuniae continens, et legata seu testamenta continentia quantitatem pecuniae, et sententiae comprehensis etiam laudis arbitrorum et arbitratorum cum compromissis continentes pecuniam numeratam, et instrumenta legata et testamenta et sententiae continentes bona mobilia vel immobilia vel incorporalia possint intra tempus X annorum a die, in quo advenerit tempus petendi s. consequendi quod continetur in dictis instrumentis, . . . exequi et eorum executiones postulari; . . . . et hoc iurante actore . . de calumnia et promittente ac idoneam fideiussionem praestante de restituendo id, quod indebite fuisset consecutus, una cum damnis, impensis et interesse et cum poena triginta trium pro centenario.

Et servatis praedictis teneantur magistratus facto praecepto ad respondendum executioni intra dies X et citato intra eos non respondente dictam executionem expedire et licentiam seu mandatum [4]) concedere . . . .

Et haec, dummodo dicta instrumenta . . non sint nulla . . ; et intelligantur . . nulla, si appareat deficere in aliqua ex solemnitatibus, quae ex forma statutorum fieri requiruntur in eorum

4) sc. exequendi.

confectione, vel si appareat obligationem, de qua fuerint confecta, esse de iure nullam.

Quando de aliquo debito constiterit per apodisiam scriptam s. subscriptam per aliquem, post cuius apodisiae confectionem non transiverint anni X, possint dictae apodisiae privatae per creditorem peti exequi contra debitorem . ., dummodo ipse creditor praestet idoneam fideiussionem de restituendo debitori omne id, de quo ipse actor indebite consecutus fuisset solutionem vigore dictae apodosiae, una cum omnibus damnis expensis et interesse et poena triginta trium pro centenario.

Et teneantur magistratus concedere praeceptum ad instantiam creditoris contra debitorem, quod intra dies X debeat solvisse et satisfecisse contenta in ipsa apodisia ipsi creditori, quibus transactis et citato non respondente intra eos teneantur magistratus expedire executionem et licentiam s. mandatum concedere . . . .

Citatus, qui respondere voluerit intra dies X . . assignatos, non admittatur ad respondendum, nisi prius vel saltem unico contextu fideiussionem idoneam praestiterit de solvendo vel observando petenti executionem contenta in ea, ad quam satisdationem non teneatur respondens, si in carceribus stare voluerit, nec etiam ad dictam satisdationem cogantur illi, qui alieno nomine erunt conventi, comprehenso tamen ad dic-

tam fideiussionem praestandam haerede, sed salvo ei beneficio inventarii.

Non possit respondere volens etiam observatis praedictis aliquid opponere nec aliquam exceptionem facere nisi solutionem vel satisfactionem etiam per viam compensationis vel quietationem aut remissionem per instrumentum publicum vel aliam scripturam publicam vel per scripturas privatas creditoris vel apodisiam scriptam aut s ubscriptam per creditorem.

Possit etiam servatis praedictis allegare notarium suspectum, opponere incompetentiam iudicis et illegitimationem personae postulantis executionem in prima comparitione . ., quo casu fieri debeat provisio notarii, . . sed pronunciatio super competentia et illegitimatione personae possit reservari una cum sententia.

Respondente citato et opponente aliquam ex dictis exceptionibus intelligantur et sint assignati alii dies decem numerandi immediate a dictis primis X diebus actori ad legitimandam excusationem [executionem] et reo ad probandum exceptiones, quam tamen probationem facere non possit nisi per confessionem actoris vel per exhibitionem instrumenti aut scripturae publicae . . aut per exhibitionem apodisiae vel alterius scripturae privatae scriptae vel subscriptae per creditorem s. actorem . . . , quae scripturae privatae verificentur vel per recognitionem actoris vel per testes intra tempus praedictum. Salvo,

quod, si durantibus dictis diebus X actor petierit dilationem ad probandum, detur denuo terminus tam actori quam reo ad probandum in omnibus, ut supra. Et finita dicta dilatione s. termino teneantur magistratus pronunciare, utrum super petita executione praesens capitulum vendicat sibi locum vel ne, et exinde, si cognoverint vendicare, dictam executionem expedire non obstantibus praedictis et aliis exceptionibus ....

Declarato, quod non obstantibus praedictis postulans executionem seu ipso absente eius procurator teneatur respondere ante expeditam executionem interrogationibus per statuta fieri permissis, quas citatus fecerit in tempore probatorio seu dilationis super aliqua solutione, quitatione s. remissione summae contentae in executione seu partis [sc. summae], quo casu de eo, quod executionem postulans confessus fuerit solutionem habuisse aut quitationem vel remissionem fecisse, non expediatur executio.

Et declarato, quod respondere debens interrogationibus, ut supra, possit etiam, antequam respondeat, eas videre, sed teneatur respondere ad primum praeceptum; et si in prima responsione non responderit satisfactorie, intelligatur negasse vel confessus fuisse ad utilius interrogantis.

Qui pro observatione huiusmodi executionum coactus fuerit aliquid solvere et intra terminum quinque annorum a die factae solutionis proba-

verit instrumentum falsum seu summam vel obligationem solutam vel remissam, possit tam ab eo, qui executionem postulavit, quam a fideiussore repetere solutum et triginta tria pro quolibet centenario summae solutae. . . . .

Sed si repetere volens esset minor vel absens a Dominio, terminus annorum quinque, de quo supra, sit annorum decem.

Et nihilominus fideiussiones praestitae in causis executivis, ubi aliter provisum non fuerit, durent tantum per annos decem a die obligationis factae computandos et non ultra, quo tempore finito nulla facta contra fideiussorem seu principalem liquidatione pro contentis in dicta promissione et obligatione sit ipso iure liberatus fideiussor et eius bona et non possit amplius molestari . ., salva tamen obligatione principalis, contra quem possit procedi intra tempora a iure disposita.

In omnibus autem et singulis causis executivis, etiam in quibus dictum fuit praestandum esse fideiussionem per actorem de restituendo ut supra, intelligantur et sint reservata iura utrique parti in iudicio ordinario talia qualia competunt non obstante expeditione executionis et concessione licentiae et dicto convento tam pro sorte exacta quam pro damnis expensis et interesse et poena respective apposita.

Qui sententiam ab aliquo magistratu obtinuit, quae contineat pecuniam numeratam, rem,

speciem vel factum, cuius cesserit et venerit dies ex inspectione ipsius, et quae transiverit in iudicatum, . . possit etiam salvis suprascriptis de mandato eiusdem magistratus, qui sententiam tulit, fieri facere praeceptum debitori et condemnato, quatenus intra dies tres debeat solvisse et observasse id, ad quod per dictam sententiam fuit condemnatus, quibus tribus diebus elapsis non facta solutione vel non observata sententia per condemnatum magistratus teneantur concedere licentiam expeditam creditori contra debitorem. . . . . Si vero sententia non esset liquida, fiat liquidatio intra dies XXX a die primae citationis et facta liquidatione concedatur licentia expedita, ut supra.

Lib. II. Cap. XIV. (Pag. 59.)

De positionibus et interrogationibus.

Possit utraque partium tam in praeparatoriis quam intra tempus probatorium in causis facere positiones et interrogationes, quod adversarius sit haeres, et an sit vel non sit haeres, et etiam, quod possideat, et an possideat nec ne, et quod scripturae privatae ostendendae sint manu propria et de literatura dicti adversarii, et citatus ad respondendum huiusmodi positionibus seu interrogationibus teneatur respondere in omnibus ut supra.

Citato non respondente positiones et interro-

gationes respective habeantur pro confessis vel negatis ad utilius ponentis seu interrogantis. Si aliqua partium requisiverit et citari fecerit adversarium intra terminum probatorium ad respondendum et dicendum, an contenta in titulis depositis in causa et admissis sint vera nec ne, teneatur citatus respondere cum iuramento et sub vinculo sacramenti dicere veritatem . . . . .

Lib. III. Cap. III. (Pag. 83.)
De appellationibus.

Per appellationem interpositam vel interponendam et eius occasione non impediatur executio sententiarum latarum in causis executivis, in quibus appellari potest, . . . imo appellatione non obstante possit ille, qui sententiam in prima instantia obtinuerit, executionem consequi; sed teneatur cavere in actis magistratus per fideiussores . . idoneos et approbandos de restituendo id, de quo solutionem fuerit consecutus pro executione sententiae. . . . .

Lib. III. Cap. XIX. (Pag. 108.)
De non evocando in ius ad alienas curias et privilegiorum observantia.

. . . . . . Nullusque notarius possit instrumenta in forma Camerae conficere, in quo ali-

quis Genuensis se in forma Camerae obliget, sub poena scutorum viginti quinque pro qualibet vice, exclusis clericis seu ecclesiasticis, qui ad favorem laicorum Genuensium possint in forma Camerae se obligare.

VII. *Vicenza.*

(Vom J. 1426.)

Ueberschrift: **Statuta Vincentina.**

Am Schluß: **Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Bivilaquam: et summa diligentia emendatum: ut opus patebit Anno domini MCCCCXCIX Octavo Idus Octobris Serenissimo Augustino Barbadico Venetorum Duce Imperante.**

110 Blätter in fol. mit Blattzahlen.

Vier Bücher, abgetheilt in rubricae, welche nicht numerirt sind.

Das vorliegende Stadtrecht ist aus einer in den Jahren 1425 und 1426 zu Stande gekommenen Reformation hervorgegangen. Am 28 März 1425 wurden fünfzehen Reformatoren erwählt, unter welchen Antonius Nicolaus de Luschis als Haupturheber dieser Arbeit genannt wird [1]. Am 4 Januar 1426 war die Arbeit vollbracht.

---

1) Im Prolog: Dominus Antonius Nicolaus de Luschis, iurisconsultus et huius dictator operis.

Ueber das frühere Schicksal dieser Statuten findet sich keine Nachricht.

Lib. II.

Rubr. de ordine procedendi in causis summariis et non ordinariis et de ipsis causis summariis. (Fol. 56b — 58.)

Statuimus et ordinamus, quod in infrascriptis causis ius reddatur et reddi debeat summarie de plano sine strepitu et figura iudicii quolibet die et tempore . . . et sine alicuius libelli oblatione . . per ipsum iudicem . . sine consilio sapientium et sine ullo compromisso necessario in casibus, in quibus fieri deberet inter coniunctas personas secundum formam statutorum, . . et omni appellatione supplicatione et alia quavis contradictione omnino remotis . . . . . .

Casus vero et causae summarie . . . tractandae sunt hae, videlicet . . . . causa debitorum sive obligationis cuiuscunque generis in publicum et autenticum instrumentum deductae et deductorum, in quibus quidem instrumentis renunciatum sit productioni libelli sive petitioni libelli feriis et solennitatibus tam iuris quam statutoram communis Vincentiae. Sed ut obligatio concepta est sive debitum contractum fuerit servetur et executioni mandetur ad instantiam creditorum iuxta formam suorum instrumentorum contra quos-

cunque obligatos et eorum bona sibi ipotecata et obnoxia . . . .

. . Item, quod, si quis citatus vel non citatus sponte venerit ad iudicium et intentionem adversarii actoris sponte confessus fuerit coram iudice vel apud acta causae, confestim sine aliqua condemnatione et processu per iudicem medium praecipiatur et eidem terminus assignetur ad solvendum quantitatem debiti; si debitum fuerit lib. X et abinde infra, detur sibi terminus X dierum; si vero debitum a lib. X supra usque ad XXV, assignetur terminus dierum XV; si autem debitum fuerit a lib. XX [XXV] supra, quantacunque fuerit summa vel valor rei petitae, detur ei terminus unius mensis, nisi de maiori vel minori termino partes ipsae invicem convenerint, quo casu iudex medius terminum constituat secundum partium voluntatem; et huiusmodi praecepta et terminorum assignationes in praesentia duorum vel trium testium ad minus et quolibet die et tempore feriato, dummodo non sint feriae solennes introductae in honorem dei et sanctorum suorum, ut dictum est supra, . . . fieri et committi possint per iudicem medium. Non possint tamen scribi nisi per notarium et officialem ad banchum illum, ubi facta sunt vel erunt praecepta huiusmodi. Alioquin facta aliter et alio modo beneficii praesentis statuti nequaquam sortiantur. Verum ea, quae facta fuerint secundum formam praesentis statuti, valeant et vim sen-

tentiae perinde obtineant ac si causa cognita et iuris ordine servato de praedictis sententia solenniter lata foret. Et qui non solverit infra terminum sibi praefixum, ut supra, possit termino elapso ad instantiam creditoris forbanniri et nulla citatione praemissa pignorari et tenuta de suis bonis capi. [2]) . . . .

Item, quod in omnibus suprascriptis causis summariis . . . instantia durare possit mensibus sex et minus arbitrio iudicis inspecta quantitate causae et conditione personarum . . . .

Et . . . tempus instantiae connumeretur a die illa, qua quaerimonia vel qualisqualis petitio superinde deposita fuerit, quae qualisqualis petitio sive quaerimonia . . . sufficiat simpliciter producta in scriptis vel etiam verbo declarata, in actis tamen causae redacta et scripta per notarium de medio. Et pars adversa, si copiam eius voluerit, teneatur accipere suis expensis et habeat terminum trium dierum ad respondendum, quam responsionem possit facere etiam verbo, si voluerit, faciendo tamen illam scribi in actis notarii de medio, cuius responsionis copia accipiatur expensis actoris, si voluerit. Et in omnibus et singulis causis praedictis ea die vel sequenti non feriata in honorem dei peti, quod exceptiones declinatoriae decidantur, et statim decidi de-

2) Vgl. das Statut von Padua (oben S. 242), welches fast wörtlich gleichlautend ist.

beant, postquam petitum fuerit eas decidi debere; alioquin ipsis non decisis vel decidi non petitis intelligantur tunc reservatae tempore definitivae sententiae. Et sive responsum fuerit vel non fuerit responsum quaerimoniae sive qualiquali petitioni praedictae, elapso tamen termino trium dierum, ut supra, partes ipsae habeant et habere intelligantur absque mora dilationem sive terminum X dierum pro quaque parte ad producendum quicquid voluerint ad probationem sui iuris pro prima dilatione, qua elapsa si utraque pars vel earum altera finita prima dilatione iuraverit se animo calumniandi non petere et se fuisse impeditum vel impeditos in prima dilatione, tunc utraque pars actoris et rei habeat et habere intelligatur terminum X dierum ad probandum quicquid voluerit pro secunda dilatione, nisi utraque pars convenerit de ampliori termino, qui dari debeat ad partium voluntatem. Possit tamen pars utraque facere examinari testes suos, qui in termino dilationum praedictarum iurassent infra alium terminum arbitrio iudicio de medio dandum. Quibus terminis elapsis intelligatur et sit ipso iure processus publicatus et habeant partes ipsae terminum trium dierum ad habendum copiam processus et opponendum quicquid voluerint, et iudex de medio suo arbitrio assignet partibus terminum ad probandum contra ea, quae opposita fuerint.

Et dictis terminis omnibus elapsis intelliga-

tur et sit ipso iure conclusum in causa, salvo, si exciperetur contra testes vel instrumenta de falso, quo casu procedatur et procedi debeat circa tales exceptiones quemadmodum procedi potest et debet in causis etiam ordinariis circa similes exceptiones. Et iudex medius sicut ex probatis et allegatis iustum et aequum fore putaverit, teneatur infra terminum instantiae per se ferre sententiam suam sine aliquo consilio sapientium assumendo. . . . .

Et praedicta locum habeant in quacunque causa, quae summatim de plano sine strepitu et figura iudicii ducenda et tractanda sit secundum formam statutorum Vincentiae, nisi esset causa talis, quae alium specialiorem ordinem procedendi haberet ex forma statutorum communis Vincentiae.

VIII. *Roma.*

(Vom Jahr 1464 — 1471.)

Titelblatt: **Statuta et novae reformationes urbis Romae eiusdemque varia privilegia a diversis Romanis pontificibus emanata in sex libros divisa novissime compilata.**

Am Schluß des dritten Buchs: **Ad commodum Incluti populi Romani Volumen statutorum Urbis Romae Impressum per me Magistrum Stephanum Guillereti. Anno MDXXIII. Quarto Kal. Julias.**

Dann folgt das vierte Buch mit der Ueberschrift: **Primus liber reformationum in causis civilibus fori Capitolii feliciter incipit.**

Hierauf das fünfte Buch mit neuem Titelblatt: **Nova urbis Romae statuta super causis civilibus a magistratibus Romanis promulgata et per sanctissimum D. N. D. Leonem X. Pon. Opti. Maxi. motu proprio confirmata.**

Am Schluß: **Impressum Romae apud Steph. Guillireti .. Anno domini MDXXI die XXVIII mensis Septembris . . .**

Endlich das sechste Buch mit der Ueberschrift: **Liber Sextus, in quo continentur privilegia im-**

munitates indulta et exemptiones per Romanos Pontifices populo Romano concessa.

Am Schluß: Impressum Romae in Regione Parionis per Magistrum Stephanum Guillireti de Lunarivilla Tullen. Dioc. sub Anno Dni. MDXIX. Indict. VII. Die vero VIII Mensis Aprilis . . .

In Folio, jedes Buch mit neuen Blattzahlen.

Der vorliegenden officiellen Ausgabe ging eine Revision, nicht eine eigentliche Reformation des Stadtrechts vorher. Sie enthält folgende Stücke:

I. in Buch 1 — 3 die alten Statuten, wie sie zuletzt unter dem Papste Paul II (regierte von 1464 — 1471) reformirt worden waren [1]). Es wird versichert, daß bei Gelegenheit dieser Reformation die alten Statuten nur wenige Zusätze und Abänderungen erlitten haben. Das erste Buch enthält auf 44 Blättern civilia, das zweite auf 31 Blättern criminalia, das dritte handelt auf 67 Blättern de variis et extraordinariis rebus urbis Romae, meist von Polizeisachen.

II. Das vierte Buch enthält Statuten, welche unter dem Papste Alexander VI im Jahre 1494 zu Stande gekommen sind, weshalb sie gewöhnlich reformationes Alexandri VI genannt werden. Es umfaßt 21 Blätter.

III. Das fünfte enthält in gleicher Weise reformationes Leonis X (regierte von 1513 — 1521).

---

1) Es sind jedoch auch einzelne neuere Statute, s. g. extravagantia, mit Angabe ihres Alters, eingestreut.

Es umfaßt 16 Blätter und enthält meist Bestimmungen über den Prozeß.

IV. Das sechste Buch umfaßt 41 Blätter, deren Inhalt schon aus der Ueberschrift hervorgeht.

Die fünf ersten Bücher sind in Kapitel abgetheilt. 2)

Lib. I. Cap. LXXV. (Fol. 20b.)

De executione instrumentorum.

Contra publica instrumenta petita per creditorem coram iudice executioni mandari, in quibus apparet debitorem principaliter obligatum, nulla possit opponi exceptio, nisi duntaxat falsitatis, usurarum, solutionis sive satisfactionis et pacti de non petendo perpetuo vel ad tempus et rei iudicatae et praescriptionis et litis pendentis. Quas exceptiones vel earum alteram possit debitor opponere et oppositas probare debeat infra

2) Eine spätere unter Gregor XIII. im Jahr 1580 zu Stande gekommene Reformation habe ich in nachstehender Ausgabe eingesehen: Statuta almae urbis Romae authoritate Gregorii P. P. XIII. a senatu populoque Romano edita et reformata cum glossis D. Leandri Galganetti J. C. . . . Romae MDCXI in fol. Der Text der Statuten stimmt im Wesentlichen mit dem der älteren überein. Die Glossen aber sind nichts, als eine abgeschmackte und dürftige Zusammenstellung der bekanntesten Lehren älterer Juristen.

X dies utiles, computandos ad die, pro qua debitor citatus fuit ad videndum productionem instrumenti praefati et a die datae copiae ipsius instrumenti. Quam copiam notarius causae petenti tradere teneatur vel expensis petentis exhibere alii exemplandam infra duos dies a die productionis instrumenti praefati ad poenam decem librar. provis. pro medietate parti et pro medietate camerae applicandam. Quibus diebus elapsis currat terminus suprascriptus, qui terminus sit legalis datus ab hac lege et sine ministerio iudicantis.

Quibus diebus elapsis ad petitionem creditoris seu eius procuratoris seu habentis ius cessum ab eo si exceptio aliqua de praedictis non fuerit opposita vel opposita et non probata infra terminum supra dictum, iudex interloquendo et sine consiliario pronunciet, instrumentum fore executioni mandandum, et absque alia citatione debitor capiatur et detineatur donec de debito et expensis suo satisfecerit creditori. Et si de probatione sit dubium, iudex terminum statuat partibus ad opponendum et allegandum usque ad tres dies utiles, quibus elapsis ipse infra triduum continuum sua interlocutoria decernat sine consiliario, instrumentum fore vel non fore mandandum executioni. Fiat quoque in praedictis executio effectualis personaliter et realiter contra debitorem praefatum ad poenam XXV lib. provi. Et si personalem executionem elegerit

creditor, capiatur, ut supra. Si autem realem, fiat executio in bonis debitoris mobilibus et stabilibus et nominibus debitoris, prout voluerit creditor.

Debeat etiam ad creditoris petitionem debitor diffidari, et quod electio unius viae non paret praejudicium in altera creditori. In qua executione servetur forma in subsequente capitulo tradita.

Debitor autem, qui exceptiones oppositas non probaverit infra terminum suprascriptum, puniatur in X lib. provi. pro medietate parti et pro medietate Camerae Urbis applicandis, in quibus per iudicem causae debeat in eadem sententia et processu condemnari. Et in Camera habeat hoc notificare ad poenam XX lib. provi. in omnibus et singulis casibus supradictis retinendis per Camerarium de salario dicti iudicis.

Et praedicta locum habeant in illis instrumentis, in quibus non est facta mutatio personarum creditoris et debitoris in instrumento contentarum.

Ubicunque autem de termino et probatione infra ipsum fienda sit mentio in volumine statuti, si per iudicem vel notarium, qui testes examinare debet, steterit, quominus testes infra dictum terminum examinentur, cadat iudex vel notarius, per quem steterit, in poenam quinquaginta lib. provi.

Lib. I. Cap. LXXVI. (Fol. 21.)

De executione apocarum.

Idem modus et forma servetur per omnia in executione apodissarum scriptarum s. subscriptarum manu alicuius privatae personae et contra scribentem vel subscribentem executioni mandentur sicut publica instrumenta. Non obstante, quod in eis non sit locus, tempus, causa et partis praesentia. Et si negaretur scripta s. subscripta manu illius, contra quem producitur, pars producens probet contrarium contra negantem per comparationem litterarum seu aliter, prout poterit, quo probato puniatur negans in quinquaginta lib. provi. applicandis pro medietate parti et pro alia medietate Camerae, in quibus in ipsa executione per eundem iudicem condemnetur, qui, si haec facere neglexerit, in decem libris provisinorum de suo salario puniatur. 3)

Lib. I. Cap. LXXXI. (Fol. 23b.)

De testamentis executioni mandandis.

Testamenta, codicilli et aliae ultimae voluntates per Senatorem et eius iudicem, coram quo executio petita fuerit, ad instantiam illius, cuius interest, simpliciter et de plano sine strepitu et

---

3) Ganz ähnliche Bestimmungen über die exekutorische Kraft der instrumenta dotalia in Cap. 79. fol. 23.—

figura iudicii et omni iuris solennitate omissa executioni mandentur in bonis defuncti super omnibus contentis in eis et maxime in relictis ad pias causas, hospitalibus, pauperibus, religiosis, ecclesiis et piis locis, in quibus omni tempore procedatur, nisi infra VIII dies continuos a tempore productionis dictorum instrumentorum et ultimarum voluntatum aliqua legitima exceptio fuerit opposita et probata, quibus elapsis et exceptione non opposita vel opposita et non probata iudex pronunciet, testamentum fore executioni mandandum in bonis defuncti, et dictas ultimas voluntates effectualiter exequatur. Si vero de probatione exceptionum oppositarum sit dubium, an sint probatae vel non, servetur ordo in proximis capitulis traditus. Talis autem causa infra XV dies utiles sine consiliario terminetur ad poenam XX librarum provisinorum de salario iudicis syndicatus tempore [4]) retinendarum. Et fiat executio realis et personalis contra debitorem, prout actor elegerit.

Lib. V. Cap. V. (Fol. 4.)

De causis executivis instrumentorum.

Quod in causis executivis instrumentorum et

---

4) Syndication, d. h. Untersuchung der Amtsführung, kommt gewöhnlich zur Zeit der Niederlegung des Amtes vor.

apocarum terminus statutarius ad opponendum et probandum sit peremptorius ad omne genus probationis et perfecti examinis, itaque non sufficiat iurasse testes, nisi realiter deposuerint, quo elapso et non probato iudex exequatur realiter et cum effectu unica citatione praecedente (sine aliquo mandato quod vulgo dicitur executivo concedendo) simpliciter apodissam non obstante alio statuto vel stilo contra disponente. Et dicto termino durante actor teneatur liquidare dictum eius instrumentum quatenus opus sit. Idem fiat, ubi factae fuerint aliquae probationes, quae non relevant. Si vero contingat publicari testes et fieri reprobationes, eo casu post datas copias per praesentem legem reprobare volens habeat terminum quinque dierum utilium ad reprobandum, quo elapso iudex infra alios quinque dies iuridicos causam expediat, in qua non sit opus alia pronuntia, quam vel apodissam concedere, aut pronuntiare instrumentum vel apocam non mereri executionem, quibus terminis et diebus elapsis perempta intelligatur instantia.

Lib. V. Cap. XXXI. (Fol. 8.)

De executoribus negligentibus.

Executor quicunque teneatur infra tres dies fecisse executionem, alias mulctetur poena X ducatorum vel arbitrio Senatoris, nisi ipse probet legitimum impedimentum.

IX. *Sezza.*[1]

(Vom Jahr 1520.)

Statuta sive constitutiones Civitatis Setiae super civilibus et criminalibus causis aeditae; nunc vero primum Typis excussae Romae apud Antonium Bladum Asulanum. Pridie Idus Novembris MDXLVII.

74 Blätter in fol. mit Blattzahlen.

Fünf Bücher, in Kapitel abgetheilt.

Die vorliegende Reformation ist im Jahre 1520 nach zweijähriger Arbeit zu Stande gekommen. Als Veranlassung derselben wird das hohe Alter der ursprünglichen Statuten und die große Masse der zu denselben im Laufe der Zeit hinzu gekommenen neueren Gesetze (reformationes) angegeben. Bestimmtere Angaben über das frühere Schicksal dieses Stadtrechts finden sich nicht.

Lib. II. Cap. X.

De producentibus contra aliquem publicum instrumentum.

Item statuimus et ordinamus, quod, si quis

---

1) Päpstliche Stadt in der Nähe von Rom.

in iudicio super aliquo debito pecuniario vel rebus mobilibus vel sese moventibus publicum contra aliquem produxerit instrumentum, scil. dotis, mutui, vel commodati, aut depositi, seu ex quacunque confessione legitima, non abolitum non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum, facta productione dicti instrumenti seu confessionis praedictae statim cum iuramento interrogetur ille, contra quem producitur, si debitum in instrumento contentum confiteatur aut neget. Et si absolute respondeat se fore debitorem, prout in instrumento continetur, et solutionem vel aliam iustam causam non opponat, faciat ei mandatum iudex, quod non discedat de Palatio ad poenam dupliquantitatis in instrumento contentae, donec satisfecerit creditori.

Et si neget et habere se dicat aliquid ad excludendum intentionem actoris, quod in facto consistat, et petat copiam instrumenti, detur terminus peremptorius sex dierum utilium debitori ad copiam recipiendum, opponendum, probandum et probatum habendum suas exceptiones, videlicet solutionis, transactionis, termini non completi, pacti de non petendo, simulationis, nullitatis et falsitatis tantum ita, quod ad alias exceptiones proponendum et probandum non admittatur omnino, datis tamen per eundem debitorem, postquam negaverit instrumentum, fideiussoribus bonis de solvendo, si ipsas exceptiones seu earum alteram non probaverit. Quibus

exceptionibus non oppositis seu oppositis non probatis et dictus terminus VI dierum totaliter sit elapsus, ad solutionem debiti principalis antedicti fideiussores, si ipse debitor personaliter non adesset vel non esset solvendo, facta tamen contra ipsum principalem et eius bona inprimis discussione, absque alia petitione et omni iuris solennitate cessante ad simplicem instantiam creditoris praedicti per Potestatem et iudicem compellatur [compellantur] realiter et personaliter ad voluntatem ipsius creditoris, donec integre satisfecerit [satisfecerint]. Et nihilominus pro periurio solvat [solvant] Centum Sol. et expensas omnes factas in praedictis integraliter reficiat [reficiant] creditori, poena X librarum Potestati et iudici, si haec neglexerit, imminente.

Si autem in dicto instrumento poena aliqua adiuncta fuerit, si ipse creditor eam petere voluerit, ad eam agere possit secundum statutum de poenis conventionalibus exigendis.

Et si dictus debitor suo creditori satisfacere non poterit neque capi, exbandiatur de terra Setiae et eius territorio, in quibus stare non possit, donec debitum solverit, ut dictum est.

X. *Perugia.*

(Vom J. 1523.)

Ueberschrift: **Primum volumen Statutorum Augustae Perusiae Magistratuum ordines et Auctoritatem aliaque egregia Civitatis ordinamenta continens nuper emendatum auctum et impressum ad publicam utilitatem.**

Am Schluß: Perusiae in aedibus Hieronymi Francisci Chartularii. Augusto Mense MDXXVI.

598 Rubricae auf 131 Blättern in Fol. mit Blattzahlen.

Dann folgt das zweite Buch mit neuen Blattzahlen:

Reformati emendatique noviter Juris Civitatis Populique Perusini Statutorum Secundum Volumen. Peregregium sane vereque opus aureum. Civilium causarum materiam et ordinem continens. Nunc primum ad publicam commoditatem impressum.

Am Schluß: Opus perfectum extitit Perusiae per Hieronymum Francisci Baldasarris de cartholariis. MCCCCCXXIII die III Aprilis.

75 Rubricae auf 37 Blättern.

Drittes Buch mit neuen Blattzahlen:

Civitatis populique Perusini Statutorum Tertium Volumen Universam pene controversiarum criminalium molem et materiam complectens: Ad perusinorum beneviventium utilitatem et desideria Jam iam feliciter in lucem editum.

Am Schluß: Opus perfectum extitit Perusiae per Hieronymum Francisci baldassarris de carthulariis MCCCCCXXIII die 23 July.

219 Rubricae auf 66 Blättern.

Viertes Buch mit neuen Blattzahlen:

Ueberschrift: Quartum volumen statutorum Magnificae et Augustae Civitatis Perusiae decus et ornatum aliaque multa peregregia civitatis ordinamenta nonnullaque de Lacu et perusino Clusio complectens et explicans noviter reformatum castigatum revisum et auctum. Nunc primum ad publicam utilitatem editum et impressum.

Am Schluß: Perusiae in aedibus Hieronymi Francisci Cartularii. Majo Mense MDXXVIII.

159 Rubricae auf 47 Blättern.

Die vorliegende Reformation wurde im Jahr 1510 beschlossen und acht praktischen Juristen übertragen, von welchen je zwei eines der vier Bücher zu bearbeiten hatten. Sie wurden mit ihrer Arbeit nicht gleichzeitig fertig, daher auch der Druck in verschiedene Jahre fiel. Die zuletzt vorhergegan-

gene Reformation war in den Jahren 1400 bis 1425 zu Stande gekommen.

Volum. II. Rubr. 29. (Fol. XVIIb.)

De executione instrumentorum, sententiarum et laudorum.

Statuimus et ordinamus, quod quodlibet instrumentum s. scriptura publicum vel publica manu publici notarii inde rogati factum vel facta, fienda vel fiendum inter quascunque personas cuiuscunque pactionis sive conventionis existat, in quo vel qua contineretur sive continebitur vere vel praesumptive, quod promissio facta fuerit de confessione facienda vel guarentigia, etiam si fuerit instrumentum exempli exemplati manu publici notarii cum iudicis auctoritate, non obstante, quod ad decreti interpositionem non fuerint citati, qui laedi possunt ex dicto instrumento, . . et non obstante, quod in dicta exemplata scriptura et interpositione decreti praedicti non contineatur, quod ad alicuius petitionem factae fuerint, et quod dicta interpositio facta fuerit tempore feriato etiam in honorem dei. [1])

---

1) Muß statt des Punkt ein Comma gesetzt werden. Zu dem Statuimus et ordinamus, quod (im Eingang) gehört nehmlich das unten folgende: pro confessione . . . habeantur et . . . executioni mandentur.

Item alia quaelibet scriptura, quae per formam statutorum communis Perusiae haberet vim instrumenti confessionati. [2]) Item et instrumentum sententiae iudicis et laudi vel arbitri aut arbitratoris, quae vel quod de iure communi vel ex forma statutorum . . transiisset . . in rem iudicatam. [3]) Item testamenta, legata, codicilli, ultimae voluntates et donationes, quae essent secundum formam statuti civitatis Perusiae insinuatae et registratae in actis publicis, pro confessione vere in iudicio legitime facta in omnibus et per omnia habeatur [habeantur] et, ut dicta confessio in iudicio facta, executioni demandentur, ordine tamen inferius declarato. Contra [4]) quae instrumenta et contra [5]) quas scripturas supradictam promissionem de confessione facienda coram iudicibus civitatis Perusiae omnes et singuli notarii in instrumentis, quae scripserunt, ponere et scribere teneantur et debeant; et si non posuerunt praeposita, nihilominus habeatur ac si expresse per contrahentes fuerit contractum. . . . .

Contra confessiones vere in iudicio factas, scripturas per notarium iudicis ad civiles causas deputatum et contra executionem ipsorum instru-

---

2) Wie in vorstehender Note.
3) Wie in Note 1.
4) Circa?
5) Circa?

mentorum, scripturarum et confessionum praedictarum nulla exceptio et nihil aliud possit dici obiici vel opponi nisi de solutione vel absolutione vel termini prorogatione vel pacti de non petendo vel de compensatione quantitatis debitae, pure et liquide debitae a dicto creditore agente debitori convento . . . .

Possit etiam opponi exceptio falsitatis. Et ad nullam aliam exceptionem vel defensionem seu sapientis suis expensis petitionem admittatur, etiam quantumcunque quis vellet exceptionem aliquam opponere, quae similitudinem haberet cum exceptionibus supra permissis, nisi esset permissa oppositio similium exceptionum expresse per aliquod aliud capitulum statutorum Perusinorum.

Et opponens aliquam ex praedictis exceptionibus debeat eam probasse et probatam habere ac habuisse infra X dies continuos utiles, tamen in falsitate a die oppositionis earum sive aliquarum ipsarum, vel per publicum instrumentum manu notarii publici confectum vel per aliquam scripturam sive scriptam, quae secundum formam alicuius statuti civitatis Perusiae haberetur pro confessione in iudicio facta. Hoc autem non vendicet sibi locum in aliquo obligato ex instrumento confessionato ad faciendum aliquod opus vel laborerium, qui, quod dictum opus vel laborerium sit factum vel adimpletum, probare pos-

sit tam per instrumentum quam per testes secundum iuris dispositionem.

Volumus tamen, quod is, contra quem facta esset executio, possit solutionem seu satisfactionem repetere legitime probando, se ad ea non fuisse obligatum tempore petitae et commissae executionis contra ipsum.

Et opponens aliquam ex eis . . . et non probans incidat in poenam quinquaginta lib. denariorum pro qualibet exceptione non probata infra dictum tempus aut per iudicem pronunciata non obstare. . . . .

Volumus tamen, quod, si debitum . . . infra XV annos a tempore, quo cum effectu peti potuit, vel a die interruptionis factae non fuerit petitum in aliqua curia perusina vel pars aliqua ipsius debiti non fuerit soluta, . . . postea non possit amplius peti et omnis obligatio sive actio sit extincta . . . .

Declarando et statuendo, quod ad interruptionem praescriptionis dictorum XV annorum faciendam solummodo citatio unica sufficiat.

Item dicimus statuentes, quod quaelibet confessio vel instrumentum vel alia scriptura, in quo vel qua apparet promissum de confessione facienda, factum vel facta a prodigo vel ab illo, cui bonis fuerit interdictum, vel ab adulto, qui esset minor viginti annis aetate sua, sine licentia et consensu eius curatoris, vel a pupillo sine auctoritate tutoris, vel filiofamilias, cuiuscunque

aetatis existat, sine patris consensu: talis confessio et ipse contractus non teneat nec valeat ipso iure . . . .

Et quod quaestio executionis cuiuslibet instrumenti vel alterius ex superius dictis et expressis scripturis expediri debeat per iudicem, coram quo petita fuerit executio, infra XXX dies continuos factae et executae citationis sub dicta poena per iudicem ut supra incurrenda et applicanda. [6] . . . .

Et quilibet iudex communis Perusiae de causis civilibus cognoscens viso instrumento vel aliqua scriptura ex praedictis in iudicio producto vel producta ad petitionem creditoris vel ius habentis cessum vel habentis nomen obligatum vel pignoratum teneatur et debat sub poena praedicta super tali executione procedere summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii et sine libelli oblatione contra debitorem et debitoris debitorem. Et ipsum debitorem citet vel citari mandet per baiulum communis Perusiae personaliter vel ad domum eius solitae habitationis, ut veniat in termino assignando sive assignato per ipsum iudicem recepturus praeceptum de stando in palatio communis Perusiae residentiae dicti domini potestatis et quod in eo stet et non recedat sine licentia sui creditoris sive creditoris creditoris sui

---

6) Nehmlich poena dupli, zur Hälfte dem Kläger, zur Hälfte der Communal-Casse zufließend.

sine [sive] iudicis praedicti, aut observet et solvat vel faciat id, quod debet creditori. Et si non venerit, vel venerit et nihil opposuerit contra instrumentum vel scripturam, cuius vigore fuerit citatus, et non steterit in palatio ad voluntatem creditoris, et si venerit et opposuerit aliquam exceptionem ex praemissis et non probaverit infra terminum X dierum a die propositae exceptionis, quando sibi onus probandi incumberet, et [7]) concedat [iudex] licentiam [8]) realem et personalem contra dictum debitorem absque alia aliqua citatione pro contentis in dicto instrumento vel scriptura et pro expensis legitime factis taxatis vel taxandis per dictum iudicem pro petitis contra ipsum debitorem; qui debitor, contra quem licentia concessa fuerit, possit et valeat quibuscunque diebus, etiam feriatis, praeterquam in honorem dei, personaliter capi et in carceribus poni et ab eis non relaxetur, nisi solverit debitum in licentia expressum vel nisi ipsi creditori placuerit.

Et ab executione instrumenti vel aliarum scripturarum superius expressarum vel alicuius earum sive a pronunciatione, quae fieret, quod talia instrumenta essent exequenda et mandanda executioni vel a pronunciatione, quae fieret super exceptionibus, quae contra talia instrumenta

---

7) et muß wegfallen.

8) Exekutionsbefehl, nehmlich licentia exequendi realiter et personaliter.

vel scripturas opponerentur s. oppositae fuissent, vel quae essent pura et liquida, vel a pronunciatione, quod non essent exequenda, non possit per quemquam appellari, reclamari, recurri, querelari, supplicari sive iudicis aut superioris officium implorari vel aliquid aliud dici, obiici, vel opponi. Nec etiam possit dici de nullitate, nisi nullitas allegaretur proveniens ex defectu iurisdictionis iudicis iudicantis sive qui iudicavit, vel nisi ex eo, quod in procedendo ordo statutarius statutorum communis Perusiae non fuerit observatus, vel nisi, quod esset processum contra minorem pupillum indefensum, vel nisi, quod talis scriptura s. instrumentum non habeat solennitates necessario requisitas per formam iuris vel statutorum ipsius civitatis. Quod nullus iudex quacunque etiam dignitate sive officio fungens aliquem ad proponendum sive probandum aliam aliquam nullitatem ex aliis causis quam supra expressis admittat; et, si admiserit et non repulerit, incidat in poenam supradictam et nihilominus dicta propositio s. allegatio sit nulla ipso iure.

Et tamen talis proponens aliquam causam nullitatis ex supra permissis, si non probaverit eam, incidat in poenam centum lib. denariorum pro qualibet ex dictis causis proposita per ipsum solvendam et applicandam ut supra. Et nihilominus non propterea executio praedicta retardetur sive modo aliquo impediatur.

Statuimus insuper, quod tutores vel curatores cogi non possint stare in palatio nec personaliter capi pro debitis minorum; sed, ubi pupillus vel adultus esset solvendo, data licentia a iudice tutori vel curatori ad petitionem creditoris alicuius minoris de vendendo de bonis mobilibus vel immobilibus pupilli vel adulti infra duos menses tunc proxime sequentes debeat vendidisse et satisfecisse creditori; . . . et, si tutor vel curator non vendiderit et non satisfecerit infra dictos duos menses praedicto creditori, possit postmodum contra ipsum tutorem vel curatorem concedi executio et personaliter capi, in palatio detineri et in carceribus includi perinde ac si dictus tutor vel curator fuisset verus debitor, qui tutor vel curator sic captus et detentus, si quid solverit de suo pro pupillo vel adulto, possit et valeat a praefatis pupillis vel adultis rehabere.

Et si talis debitor, contra quem licentia in contumaciam concessa fuerat, iterum citatus ad recipiendum tale praeceptum non comparuerit coram dicto iudice, vel si comparuerit et praeceptum non receperit, vel si receperit et non steterit vel non manserit in palatio ad voluntatem sui creditoris, condemnetur communi Perusio pro vice qualibet et quolibet praecepto per eundem iudicem in X libris denariorum; dummodo non possit condemnari debitor nisi pro quinque praeceptis tantum et de pluribus praeceptis aliis

ultra dicta quinque praecepta non possit accusari nec condemnari.

Item statuimus et ordinamus, quod debitor captus pro tali condemnatione de eo facta non possit relaxari absque voluntate sui creditoris, qui eum fecerit condemnari, nisi primo satisfecerit ipsi creditori, de qua satisfactione constet per publicum instrumentum refutationis.

Si vero placuerit creditori habere tenutam bonorum debitoris, mittatur et ponatur in tenutam ex primo decreto ipsorum bonorum tam mobilium quam immobilium, et statim data tenuta . . per dictum iudicem sequestrentur fructus, redditus et proventus dictae rei; quam tenutam bonorum mobilium si infra XV dies et bonorum immobilium infra XXX dies debitor non recollegerit vel luerit, assignato ipsi debitori vel reo termino peremptorio post dictum tempus dictorum XV seu XXX dierum, ut recolligat et luat ipsam tenutam, tunc res in tenutam datae possint et debeant subhastari diversis diebus iuridicis ad minus quinque vicibus ante portam tribunalium dictorum dominorum iudicum, qui dictam tenutam dedissent, et, si emptor inveniatur, vendantur res . . . ei, qui plus obtulerit. . . . .

Si autem precium non esset sufficiens ad satisfactionem integram, tunc pro residuo dicti debiti et expensarum fieri debeat executio altero ex praedictis supra modis. Et si emptor non inveniretur, dictae res eidem creditori ex se-

cundo decreto per dictum iudicem adiudicari debeant in solutum ad mensuram debiti declarati et pro quarto pluri secundum extimationem rei in tenutam acceptae de ea factam in catrasto[9]) communis Perusiae, si in eo extimata reperiretur, ubi vero ipsa res extimata non reperiretur, secundum extimationem faciendam . . , antequam adiudicatio fiat, per iudicem causae, datis primo dicto iudici a parte agentis et conventi sex bonis viris pro qualibet, de quibus ipse iudex eligere debeat duos, sc. unum pro qualibet parte. . . Et si dicti duo boni viri infra VIII dies non erunt in concordia, teneantur . . eligere . . tertium bonum virum, . . qui duo et qui tertius debeant iurare . . . dictam extimationem facere bene et legaliter et fideliter, quam facere teneantur infra VIII dies a die electionis dicti tertii computandos . . . Et extimationi per dictos duos ex praedictis eligendis stetur . . . .

Et praedicta omnia et singula locum habeant non solum in creditoribus ex causis in instrumentis et scripturis supra expressis contentis, sed etiam in legatariis et in quibuscunque, quibus aliquid deberetur ex quacunque causa.

Et capta una via seu capto uno modo executionis ex praedictis exequendi ante dationem et adiudicationem in solutum exclusive nihilominus possit creditor redire ad aliam viam et alium

9) Cataster.

modum et utrumque simul intentare coniunctim vel divisim, prout de sua processerit voluntate . . . .

Item volumus et statuimus, quod non obstante dicta venditione per iudicem facta et non obstante, quod debitor venditioni consenserit, liceat debitori infra VI menses a die factae emptionis . . . computandos reemere dictam rem a dicto emptore, restituto tamen dicto emptori precio et expensis factis et melioramento, si quod factum esset in dicta re.

Vol. III. Rubr. 3. (Fol. IIIb.)

De summaria cognitione.

Ad lites et contentiones tollendas . . statuimus et ordinamus, quod in causis, quae erunt de et super contractibus vel instrumentis dotalibus ad probandum dotem esse in casu restitutionis vel dationis vel solutionis vel in tuto ponendam seu collocandam, et in causis, quae erunt de et super omnibus aliis instrumentis confessionatis vel conditionalibus vel non liquidis, et in causis alimentorum, . . . et in causis brevibus sc. non excedentibus summam seu valorem XXV librarum denariorum, . . . et generaliter in omnibus aliis causis ad voluntatem et petitionem actoris . . . . procedatur summarie sine libelli porrectione et sine strepitu et figura iudicii . . . . . Et facta probatione in dictis casibus ad

executionem procedatur sicut proceditur in causa executionis instrumenti confessionati. . . . .

Et quod in dictis causis super decisionem ipsarum possit peti consilium sapientis . . . . salvo, quod ubi ageretur ad liquidationem instrumenti confessionati vel illius executio peteretur, quia in dictis casibus nec eorum altero petentem nolumus audiri nec dictum consilium dari. . . . .

XI. *Lucca.*

(Vom Jahr 1539.)

Ueberschrift: Lucensis civitatis statuta nuperrime castigata et quam accuratissime impressa.

Am Schluß: Leges has Municipales, seu Lucensis Civitatis Statuta Joannes Baptista Phaellus Bononiensis Lucensi Aere publico Luccae impressit sub Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi MDXXXIX. Cal. Martiis.

Approbata, Confirmata Emologata et Convalidata fuerunt omnia et singula suprascripta Statuta per Maius et Generale Consilium Lucen. Civitatis celebratum Die VI Junii Anni ab orbe redempto MDXXXIX hoc addito, quod ipsorum robur vigor et observantia incipiant in Calendis Septembris dicti Anni, prout in libro Reformationum Civitatis eiusdem sub Die et Anno suprascriptis latius continetur.

Bonaventura Barilius Jur. U. Doctor et Cancellarius Reformationum Lucen. Cois.

329 Blätter in fol. mit Blattzahlen.

Sechs Bücher, in Kapitel abgetheilt.

Es ist diese Reformation nach Inhalt des Proömium entstanden aus der Bearbeitung der alten Statuten, der von den Reformatoren vorgefundenen Zusätze und Correctionen und der von ihnen selbst gemäß specieller Ermächtigung beschlossenen weiteren Zusätze und Verbesserungen.

Das vorliegende Werk zeichnet sich durch gute Redaktion und große Vollständigkeit, besonders in der Proceßordnung, vortheilhaft aus.

Lib. I. De iudicibus et causis civilibus.

Cap. CXI. De executione et summaria ratione reddenda contra obligatos per publicum instrumentum.

(Fol. 54b — 55.)

Cum non tantum contra condemnatos per sententiam iudicialem, sed etiam contra obligatos per publicum instrumentum ad executionem procedi debeat, statuimus, quod, si quis masculus habilis ad contrahendum, cuiuscunque conditionis existat, undecunque fuerit, se ex aliquo contractu vel quasi, quem per se vel aliam personam legitime contraxisset, obligaverit ex causa mutui vel depositi vel commodati vel mercantiarum vel locati vel affictus vel soccitae [1]) vel

---

1) Eine Art Zeitpacht um halbe Nutzung.

alia quacunque causa, quae dici vel excogitari possit, ad aliquid dandum vel faciendum, . . . si de tali obligatione vel contractu appareat publicum instrumentum, teneatur D. Lucensis Potestas . . . et unusquisque vicarius in sua vicaria viso dicto publico instrumento et elapso termino, infra quem factum vel solutio fieri debeat, in ipso instrumento debiti et obligationis contracto absque alia citatione vel alia causae cognitione talem debitorem capere vel capi facere ad requisitionem creditoris vel eius haeredum sive succedentium in dicto credito in ius et locum dicti creditoris . . . et ipsum debitorem detinere et detineri facere, quamdiu solverit vel dederit idoneos fideiussores de solvendo debitum, quod contraxit, vel de perficiendo factum, quod facere promisisset, infra terminum, qui videbitur iudici, dummodo ad solvendum terminus minor X dierum vel maior XV dierum utilium dari non possit, ita tamen, quod, si obligatio in faciendo consistat, possit dari dilatio ad factum perficiendum arbitrio iudicis considerata qualitate facti et temporis, infra quod commode fieri possit, illud tamen observando, quod, quando lapsus est terminus, infra quem teneretur ad factum, sit in electione creditoris, vel quod debitor ad factum praecise cogatur, vel consequi interesse.

Et semper intelligatur quilibet habilis ad contrahendum, si de obligatione appareat publi-

cum instrumentum, donec inhabilitas legitime et evidenter probaretur.

Et quae dicta sunt supra, quod ad petitionem succedentium in credita procedi possit ad capturam, intelligi volumus, si praecesserit citatio secundum formam capituli proxime sequentis; sed ad petitionem principalis creditoris procedi possit ad capturam absque citatione, ut supra dictum est.

Et similiter contra haeredes debitoris ad capturam non procedatur, nisi praecesserit citatio secundum formam capituli infra secundo loco positi sub Rubr. *de eo, quod contra haeredes debitoris non procedatur ad praedam vel ad capturam, nisi citatio praecesserit.*

Et insuper, si creditor potius voluerit ad praedam procedi quam ad capturam, teneatur iudex de bonis mobilibus dicti debitoris concedere in praedam creditori pignora, quae valeant quantitatem, pro qua ageretur.

Et in praedictis omnibus et singulis volumus, quod prius constet iudici de obligatione seu de debito per publicum instrumentum, quam ad capturam vel detentionem vel praedam procedi possit. Et constare debeat per publicum instrumentum de iure cesso, ubi ex iure cesso ageretur, et etiam de iure s. obligatione cedentis.

Possit etiam debitor captus vel praedatus intra praedictum terminum sibi ad solvendum vel ad factum perficiendum assignatum ostendere et

allegare causam, quare capi vel praedari non potuerit. Caeterum datis fideiussoribus de solvendo vel factum faciendo, ut supra dictum est, vel ostenso de solutione vel alio suo iure, cur capi vel praedari non potuerit, teneatur iudex et officialis talem debitorem relaxari facere cum effectu.

Si vero elapso termino assignato per iudicem debitor non solverit seu factum promissum non impleverit vel de solutione vel alio suo iure, ut dictum est, non ostenderit, teneatur iudex talem debitorem et eius fideiussores, si fideiussores dederit, absque aliqua excussione fienda contra principalem capi facere et detineri facere in carceribus Lucensis civitatis, quamdiu solverint debitum, quod debitor contraxerit, vel factum fecerint vel impleverint per se vel alium impleri fecerint, quod debitor promisit, ut dictum est, ad voluntatem creditoris vel eius haeredum vel successorum, vel ad praedam [procedat[2]] vel ad dandum in solutum de bonis debitoris vel fideiussorum vel aliam quamcunque executionem, quam creditor voluerit.

Cap. CXII De eo, quod ad petitionem succedentis in credito procedi non possit ad capturam vel praedam, nisi praecesserit citatio. (Fol. 55.)

Cap. CX*III. De eo, quod contra haeredes debitoris non procedatur ad praedam*

2) sc. iudex.

vel ad capturam, nisi citatio praecesserit. (Fol. 55b.)

Cap. CXIV. De modo procedendi ad capturam praecedente praeda vel econtra. (Fol. 56.)

Cap. CXV. De captura personae, si non inveniantur bona, in quibus fieri possit executio. (Fol. 56 et 56b.)

Cap. CXVI. De personis capi prohibitis et ad quorum petitionem captura denegetur. (Fol. 56b.)

Cap. CXVII. De locis, in quibus nulla persona capi possit. (Fol. 57.)

Cap. CXVIII. De tempore, quo nulla persona capi possit pro debito pecuniario. (Fol. 57b.)

Cap. CXIX. De quantitate, pro qua permittitur captura. [3] (Fol. 57b et 58.)

Cap. CXX. De diversis modis procedendi contra obligatos per publicum instrumentum. (Fol. 58.)

Per formam praesentium statutorum diversi modi concessi sunt in favorem [creditoris] contra obligatos per publicum instrumentum. Primus modus est, quod inchoari possit ab executione,

---

3) wenigstens summa seu valor florenorum quatuor.

ut patet sub Rubrica: *de summaria ratione reddenda contra obligatos per publicum instrumentum.* Secundus modus est, si actor voluerit viam ordinariam intentare, si quantitas . . excederet summam florenorum XXV; debeat offerri libellus . . . .

Et quamvis creditor, cui plura remedia, ut supra dicitur, vel alia sunt concessa, unam viam elegerit, non tamen repellatur ab electione aliorum modorum, sed semper possit usque ad integram solutionem procedere per quam viam voluerit, dummodo eodem tempore non possit nisi unicam viam intentare, a qua si recedere voluerit et aliam eligere, teneatur reficere expensas factas in causa, quam dimittere voluerit . . . . . .

Cap. CXXI. De fideiussore dando per reum obligatum per publicum instrumentum. (Fol. 58b.)

Cap. CXXII. De modo procedendi contra debitorem comparentem, obligatum per publicum instrumentum.

Reus per instrumentum publicum obligatus interdum citatur secundum dispositionem statuti supra positi sub Rubrica: *De eo, quod ad petitionem succedentis in credito non possit ad capturam vel praedam procedi, nisi primo praecesserit citatio.* Et similiter contingit, quod haeres debitoris citatur secundum formam statuti

supra positi sub Rubrica: De eo, quod contra haeredes debitoris non procedatur ad praedam vel capturam, nisi praecesserit citatio. Contingit etiam, quod reus per publicum instrumentum obligatus citatur et ad iudicium vocatur [4]. Si igitur reus, ut praefertur, citatus, qui debitor appareat per publicum instrumentum obligatus, comparuerit in iudicio, iudex ad petitionem creditoris vel succedentis in credito viso publico instrumento et quod terminus in ipso instrumento contentus sit elapsus, teneatur tali debitori vel eius haeredi, quando de haeredibus facta esset citatio, vel alii personae pro eo legitime comparenti praecipere, quod dictum debitum solvat ad terminum XV dierum utilium, vel quod factum, ad quod obligatus est, impleat vel perficiat ad terminum congruum arbitrio iudicis moderandum facti et temporis qualitate pensata, si creditor elegerit factum fieri; sin autem elegerit creditor suum interesse propter non factum, tunc fiat praeceptum de solvendo interesse, facta prius declaratione per iudicem de quantitate interesse summarie, etiam sine partis citatione. Et a dictis praeceptis, quae dicta occasione fierent, non possit appellari, supplicari vel querela moveri aut ad aliquem iudicem contra dicta praecepta recursus haberi. Et quaelibet appellatio et querela, quae

4) Vgl. Cap. CXX: De diversis modis procedendi etc.

dicta occasione moverentur, sint irritae ipso iure. Et antequam dictum praeceptum fiat, non audiantur aliquae defensiones rei, sed post ipsum praeceptum reserventur et reservatae intelligantur. Et possit infra dictum terminum ipse reus ostendere et probare de omni suo iure et defensione. Et si infra dictum terminum non fuerit ostensum vel probatum, quare ad solutionem vel factum implendum non teneatur, tunc elapso dicto termino dictum praeceptum debeat executioni mandari procedendo ad capturam vel ad praedam vel ad dationem in solutum ad electionem creditoris forma statutorum servata. Possit tamen iudex dictum terminum prorogare ex causa, si sibi videbitur, usque in V dies utiles, si de solutione tractetur; si vero de facto perficiendo, possit prorogari arbitrio iudicis considerata qualitate facti et temporis. Si vero infra terminum assignatum fuerit aliquid ostensum vel probatum, tunc iudex debeat tales probationes examinare et super eis pronunciare prout iustitia suadebit, a qua pronunciatione possit appellari. Et similiter appellari permittimus in hoc casu non solum a pronunciatione de exequendo vel de non exequendo, sed etiam ab executione facti. Et in hoc casu a tali pronunciatione et seu executione permittimns appellari, quia definitiva sententia non praecessit nec sequi debet et ideo remedium appellationis hoc casu concedimus.

Et quod supra dictum est de debitoribus comparentibus, servetur et servari debeat etiam de colonis, inquilinis, redditoribus, et ex causa soccidiae obligatis citatis comparentibus ad mandata, si de ipsorum obligatione appareat publicum instrumentum.

Cap. CXXIII. Si debitor obligatus per publicum instrumentum citatus non comparuerit.

Et si debitor s. eius haeres citatus non comparuerit infra terminum ad mandata iudicis, si de eo, quod petitur, appareat publicum instrumentum, possit et debeat procedi contra eum ad capturam et personalem detentionem et ad dandum et adiudicandum creditori in solutum de bonis mobilibus et immobilibus debitorum ad voluntatem creditoris vel eius haeredum seu succedentium in dicto credito facta extimatione de re in solutum assignanda, dumtamen ad dationem in solutum non procedatur contra cives Lucenses praesentes nisi elapsis VIII diebus utilibus a die contumaciae contractae, et contra foretanos districtus sex milliariorum praesentes nisi elapsis X diebus utilibus, et contra aliam quamcunque personam de districtu praesentem nisi elapsis XII diebus utilibus. Contra absentem vero a Lucensi civitate eiusque districtu et fortia non possit procedi ad dictam in solutum dationem,

nisi elapsis tribus mensibus a die contractae contumaciae. Et in rebus in solutum assignatis defendatur creditor omnibus iuris remediis salvo tamen iure aliarum personarum.

Et eisdem modo et forma procedatur contra colonos, redditores, inquilinos et affictuales, de quibus appareat publicum instrumentum, citatos non comparentes ad mandata.

Et si qua mulier allegaret matrimonium per viri mortem esse solutum et dotem peteret, si haeredes viri legitime secundum formam statutorum citati comparere neglexerint, si de dote appareant instrumenta dotalia, procedi possit ad executionem ac si debitum esset liquidum. Nec sit necesse probare, virum mortuum esse. Sed si citati in causa comparerent, tunc procedatur, prout iuris et statutorum forma disponit. Et insuper declaramus, quod contra contumaces procedi possit secundum formam capituli supra positi sub rubrica: de modo procedendi contra reum contumacem in civilibus [5]).

Cap. CXXIV. De alimentis praestandis carceratis ab eis, ad quorum petitionem in carceribus detinentur. (Fol. 60 et 60b.)

Cap. CXXV. De modo procedendi contra debitorem de fuga suspectum. (Fol. 60b et 61.)

---

5) Nehmlich im ordentlichen Proceß.

Cap. CXXVI. De eo, quod forensis quilibet, qui continuam residentiam in civitate Lucensi vel eius districtu non habet, a quolibet officiali tam civitatis quam districtus Lucensis capi et arrestari possit. (Fol. 61b.)

Cap. CXXVII. De poena eius, qui petit, quod sibi solutum est. (Fol. 61b et 62.)

Cap. CXXVIII. De eo, quod ad petitionem debitoris teneatur creditor librum suum praesentare curiae. (Fol. 62.)

Cap. CXXIX. De modo probandi solutionem contra eum, qui agit ex publico instrumento. (Fol. 62 et 62b.)

Instrumentum debiti non possit dici vel probari cassum, nisi de cancellatione constaret per aliud publicum instrumentum vel per legitimam cancellationem rogiti [6]) vel instrumenti principalis debiti vel per scripturam scriptam manu propria creditoris vel eius haeredum.

Et similiter contra dictum instrumentum probatio solutionis vel satisfactionis vel pacti de non petendo vel liberationis vel remissionis, vel

6) rogiti (vom italienischen rogito, Ausfertigung, Verlautbarung,) bedeutet nichts anderes, als das darauffolgende instrumenti principalis debiti.

debiti, cuius compensatio opponeretur, non possit fieri, nisi per publicum instrumentum vel per rogiti cancellationem legitime factam vel per confessionem factam in iudicio per ipsum creditorem vel eius successores vel aliam legitimam personam pro eo, quae sit scripta in actis curiae, vel per scripturam scriptam manu creditoris vel eius haeredum.

Possint tamen fieri positiones et ad illas responderi debeat, si tales sint, quae alias veniant admittendae.

Concedimus tamen inquilinis, redditoribus et colonis et iis, qui essent ex causa soccidae obligati, facultatem probandi per testes de solutione, etiam si de obligatione appareat publicum instrumentum; esset enim eis alia probatio valde difficilis, si testium probatio denegaretur.

XII. *Pistoja.*

(Vom J. 1544.)

Titelblatt: **Statuta civitatis Pistorii. Florentiae MDXLVI.**

Am Schluß: **Impresso in Firenze per Bernardo et Benedetto Giunti. Nel MDXLVI. Del Mese de Febraio.**

172 Blätter in fol. mit Blattzahlen.
Sieben Bücher, abgetheilt in **Rubricae**.

Die vorliegende Reformation ist am 27 May 1544 zu Stande gekommen. Sie ist von Johannes Fortiguerra unter Mitwirkung acht anderer Reformatoren bearbeitet, dann aber vom 11 Merz bis 27 May öffentlich berathen worden.

Als Veranlassung der Reformation wird der große Zuwachs angegeben, welchen das alte Stadtrecht an späteren Statuten erlitten hatte, wodurch es geschehen, daß Widersprüche zwischen verschiedenen stadtrechtlichen Bestimmungen und Zweifel über die Gültigkeit und den Sinn derselben entstanden seyen.

Bei der Bearbeitung selbst war das Augenmerk hauptsächlich darauf gerichtet, den ganzen Vorrath der nach und nach entstandenen Statute

nach Materien zu ordnen. Es läßt sich daher auch das Alter der einzelnen Bestandtheile nicht unterscheiden.

Lib. II. Rubrica XXXIV. (Fol. 48b — 49b.)

De praecepto guarentigiae.

Omnes et singuli notarii et iudices ordinarii, tam de civitate comitatu vel districtu Pistorii, quam etiam aliunde, rogati conficere aliquas scripturas vel instrumenta publica, possint et eis liceat facere praeceptum guarentigiae de debito vel re contenta in talibus scripturis vel instrumentis, in hunc modum videlicet: praecepit SER JOANNES DESIDERII DE FORTIGUERRIS DE PISTORIÓ CANCELLARIUS DICTAE CIVITATIS, notarius et iudex ordinarius, pro volenti et confitenti, quod solvat praefatum debitum vel rem praedicto N. infra terminum in praedicta scriptura contentum, vel quod defendat dictam rem, et seu instrumentum et scripturam, prout in eis continetur, attendat et observet.

Et praefatum instrumentum et praeceptum seu scriptura guarentigiam continens, ut supra, celebratum et celebrata inter quoscunque tam in civitate Pistorii quam in districtu et seu ubique locorum inter Pistoriensem et districtualem aut districtualem et forensem, non obstante pendentia litis in alio loco motae vel coram quocunque

iudice, post decem dies post terminum in scriptura contentum et, si terminum non habuerit, post decem dies a die requisitionis factae ex parte iudicis competentis ad instantiam creditoris continentis [contendentis?], quod solvat debitum vel rem in ipso praecepto contentam, omnibus iuris remediis in personis et bonis s. rebus etiam incipiendo a captura personae ac etiam pronunciando et dando tenutam in bonis debitoris aut quomodolibet obligati ad voluntatem creditoris seu recipere debentis et etiam cessionarii executioni mandetur et mandari possit et debeat contra debitorem, fideiussores et quoslibet alios obligatos principaliter vel accessorie absque aliqua citatione.

Et intelligatur principaliter obligatus, si per se vel procuratorem aut alium legitimum administratorem praeceptum receperit vel instrumentum s. obligationem guarentigiam continentem fecerit vel ratum habuerit.

Et nulla persona, quae debitum personaliter non contraxerit seu praeceptum non receperit, ut supra dicitur, capi aut gravari possit, nisi fuerit haeres, qui, postquam se haeredem fecerit, dixerit aut allegaverit quoquo modo in aliqua scriptura, aut fuerit convictus seu probatus haeredem esse, . . . possit capi, gravari et contra eum procedi ac si praeceptum guarentigiae personaliter receperit.

Et contra dicta praecepta vel instrumenta, scripturas seu contractus vel debita et obligationes, etiam guarentigiam non continentes, nec finis [1]), solutio, termini mutatio aut aliqua in totum vel in partem satisfactio, simulatio, dolus vel metus, vel alia exceptio, defensio nec aliquid aliud possit opponi, obiici aut protestari, vel quoquo modo impugnari vel fieri per modum actionis [aditionis?] officii iudicis, quo praefata [executio] vel satisfactio in totum vel in partem retardari, differri aut impediri possit, nisi ostensa fuerit ipsa scriptura damnata vel cancellata, vel instrumentum finis, solutionis, cassationis vel satisfactionis, aut per scripturam manu creditoris vel alterius personae pro eo scribentis de eius consensu vel voluntate, in qua scriptura tertiae personae sint subscripti duo testes ad minus.

Et si quis capi fecerit aliquem debitorem . . pro debito vel occasione alicuius obligationis ex instrumento guarentigiato vel ex quacunque causa et ex quocunque debito, ex quo iuxta formam statuti capi possit, teneatur capi faciens dictam capturam scribi facere in actis curiae, quae executionem fecerit.

Et si quis captus vel realiter gravatus fuerit, ut supra, [et] voluerit iustificari, teneatur et de-

---

1) i. e. exceptio litis finitae.

beat infra X dies a die facti gravamenti aut capturae notificari facere capi aut gravari facienti per unum ex nunciis citationum communis Pistorii et relationem fieri facere et scribi manu notarii causarum civilium; et aliter vel post dictos X dies facta notificatio de iustificando non valeat nec debeat per eam impediri dicta captura aut gravamentum nec eorum executio et satisfactio, salvo tamen iure in dicto casu tali debitori capto vel gravato, si quid haberet, intentando in ordinario iudicio.

Qua notificatione et relatione ipsius facta et scripta, teneatur et debeat capi aut gravari faciens capturam ipsam vel gravamentum iustificare infra duos dies iuridicos a die talis notificationis et eius relationis factae et scriptae, et praeponere et declarare causam et quantitatem, pro qua capi aut gravari fecerit, et producere omnia instrumenta et iura, quae voluerit, et alia omnia facere et probare, quae expediunt ad legitimationem dictae capturae aut gravamenti. Non sit tamen necessaria productio aut publicatio attestationum infra dictos duos dies iuridicos, dummodo testes de novo produci non possint ad praedicta, nisi pro parte capti vel gravati aliquid proponeretur vel allegaretur, propter quod immineret alicui partium aliqua probatio facienda, quae sine allegatione et propositione huiusmodi non expediebat, quo casu utrique parti liceat super his de novo testes producere et per illos de iure

suo probare infra terminum instantiae competentem.

Si vero aliquis diceret se indebite captum, liceat eidem facere depositum in pecunia numerata vel re, pro qua captus vel detentus fuerit, penes depositarium idoneum arbitrio iudicis iudicandum et per creditorem eligendum . . . .

Quo deposito facto in continenti relassetur. Quod depositum non possit aliquo modo staggiri [2]) seu aliqua ratione vel causa sequestrari vel impediri quominus ad creditorem perveniat statim, postquam declaratum fuerit, talem, qui depositum fecerit, capi potuisse; vel libere deponenti restituatur, si declaratum fuerit, de iure capi non potuisse. Et talis captus relassari non possit, nisi solverit debitum vel deposuerit, ut supra, vel nisi fuerit pronunciatum, capi non potuisse. . . . .

Et a pronunciatione in favorem talis capti non possit appellari vel de nullitate dici, obiici aut aliquid aliud opponi, quin ipsa pronunciatio suum sortiatur effectum; iuri tamen crediti per talem pronunciationem nullum possit praeiudicium generari.

Et in dicta pronunciatione condemnet victum victori in expensis, nisi iusta causa eum excusaret, quae exprimi debeat in sententia.

---

2) Staggire (italienisch): in Beschlag nehmen.

Et si apparuerit, dictum captum de iure capi non potuisse, capi faciens per se vel alium, etiam per generalem procuratorem, teneatur solvere dicto capto solidos XX denar. pro quolibet die, quo steterit dicta occasione intra ferros carcerum detentus, ad quorum solidorum XX solutionem cogi possit omnibus iuris remediis, incipiendo etiam a captura personae in quocunque loco, etiam in domo propria, et non obstantibus quibuscunque feriis quoquo modo inductis.

Quibus quidem debitoribus currat praescriptio taciturnitatis quoad executionem de facto impediendam, ut supra, per spatium viginti annorum, nisi infra dictum tempus per iudicem causarum pronunciata fuerit tenuta contra debitorem vel eius bona, vel lis mota aut querimonia facta vel citatio, aut contumacia rei accusata, vel praeceptum a iudice factum de solvendo receperit, de quibus vel altero eorum appareat per acta communis Pistorii manu notarii eorundem scripta.

Et facta captura de aliquo debitore miles socius de ea rogatus ad instantiam creditoris teneatur et debeat die sequenti misisse tales captos ad carceres stincarum [3]) communis Pistorii intra ferros sub poena librarum centum den., pro qua sit suppositus conservatoribus legum civitatis Florentiae.

---

3) Gefängniß; italienisch: stinche (pl.).

Nullus tamen pro aliquo debito cuiuscunque quantitatis possit in aliqua ecclesia vel claustro ecclesiae nec in domo aut apotheca suae habitationis et residentiae capi personaliter.

Nec aliqua mulier personaliter capi vel detineri possit pro aliquo debito vel contractu, ad quod teneretur aut aliquo modo obligata esset, exceptis tamen casibus, in quibus per formam statutorum permittitur posse capi contra formam praesentis capituli, quibus per praedicta non intelligatur derogatum.

Et omnis captura contra praedicta facta sit ipso iure nulla et captus contra praedictam prohibitionem in continenti relassetur absque aliqua solutione non obstantibus quibuscunque sequestrationibus, exceptionibus aut petitione consilii sapientis.

Lib. II. Rubrica XXXV. (Fol. 49b.)

De executione instrumenti conditionalis et eius liquidatione.

In pronunciatione vel immissionis tenutae commissione vel realis executionis in bonis vigore alicuius instrumenti vel iuris conditionalis sufficiat probare vel constare in tali pronunciatione vel commissione vel tempore talis pronunciationis vel commissionis liquidare vel liquidatum facere talem conditionem vel de tali condi-

tione vel eius purificatione seu existentia per iuramentum praestitum tempore talis pronunciationis vel commissionis sine quavis solennitate, dummodo postea infra tempus mensis in praecepto de disgombrando [4]) seu intra tempora statuta secundum ordinamenta communis Pistorii talis conditio liquidetur per probationes faciendas ad iustificationem talis praecepti vel dictae immissionis vel pronunciationis; et ante talem liquidationem, ut dictum est, per probationes faciendam non possit talis immissus capere vel colligere fructus aliquos in praeiudicium vel contra voluntatem possessoris talium bonorum.

---

4) Disgomberare, oder nach jetzigem Sprachgebrauche sgomberare, d. h. ausräumen, vertreiben.

XIII. *Velletri.* [1]

(Vom J. 1544.)

Ueberschrift: **Statuta et ordinationes magnificae civitatis Velitrarum.**

Am Schluß: **Impressum Romae in Campo Florae per Valerium Doric. et Ludovicum fratres Briscianos. Anno Domini MDXXXXIIII.**

69 Blätter in fol. mit Blattzahlen.

Fünf Bücher, in Kapitel abgetheilt.

In der Vorrede sind die Namen der Reformatoren genannt. Es wird bemerkt, daß die älteren Statuten in verschiedenen Bänden zerstreut gewesen, hier aber zu einem Ganzen verarbeitet, vermehrt und verbessert worden seyen; sonst nichts von Belang.

Die Reformation ist wahrscheinlich von dem nehmlichen Jahre, in welchem das Werk gedruckt worden ist.

---

1) Päpstliche Stadt in der Nähe von Rom.

Lib. II. Cap. XIII. (Fol. 25.)

De forma servanda in quaestionibus civilibus. Et de compromisso fiendo inter consanguineos.

. . . Et si litigantes . . essent consanguinei vel affines usque ad tertium gradum inclusivo, teneantur et cogantur ipsae partes compromittere . . . . Et praedicta locum non habeant, quando apparet terminus in actis curiae vel instrumentum publicum, videlicet depositi, mutui, dotis et ultimae voluntatis defunctorum; nam tunc nullo modo partes cogantur compromittere, nisi vellent, et nisi essent quaestiones et lites inter parentes et liberos . . . .

Lib. II. Cap. XV. (Fol. 25b.)

De assignatione instrumentorum et eorum executione.

Item, quod pro expeditione creditorum infrascriptus modus servetur: quod, si creditor ostenderit ac assignaverit iudici publicum instrumentum debiti vel alterius contractus legitimi, depositi, dotis aliarumque promissionum seu pactorum contra aliquem debitorem suum vel eius haeredes, et instrumentum non habeat executionem paratam ac si esset terminus iudiciarius, iudex communis statuat terminum VI dierum futurorum per-

emtorie dicto debitori vel eius haeredi ad probandum exceptiones falsitatis, solutionis, factae prorogationis termini vel non completi et alias exceptiones evidentes ex inspectione instrumenti. Qui terminus absenti debitori intimetur per mandatarium communis et in actis notarii curiae intimatio scribatur. Et si infra dictum terminum dictus debitor nihil probaverit de praedictis vel aliquo praedictorum, iudex statuat debitori absenti vel praesenti [terminum] sex mensium futurorum et non ultra, minus autem eius arbitrio statuere possit inspecta qualitate personarum et quantitate debita, cum condemnatione expensarum; et dicto termino elapso et ipso debitore non solvente procedatur contra ipsum et eius bona realiter et personaliter ad electionem creditoris iuxta formam inferioris statuti: *quod debitores post terminum detineantur* Cap. XIX. Juxta quod statutum similiter procedatur, quando producitur instrumentum habens executionem paratam ac si esset terminus iudiciarius. Et nulla alia exceptio possit obiici vel opponi, nisi ut superius est expressum.

Lib. II. Cap. XIX. (Fol. 26.)

Quod debitores post terminum detineantur.

Potestas et iudex teneantur ex proprio iuramento cogere debitorem ad solvendum debitum

realiter et personaliter, prout creditor elegerit et voluerit, si terminus elapsus fuerit, non obstante, quod cesserit bonis. Et idem faciant de ipso principali debitore ad petitionem fideiussoris, non obstante, quod non sint in termino testes scripti vel locus appositus vel pontificatus, dumtamen quod contineat annum mensem et diem, nisi infra VI dies proximos futuros pro peremtorio termino assignatos debitori dictus debitor probaverit dictam cartutiam debiti esse falsam vel prorogationem dicti termini vel exceptionem non completi termini vel solutionem esse factam. Et interim detineatur in palatio ad petitionem creditoris vel saltem debitor ipse det actuale depositum in pecunia numerata vel re mobili seu immobili petita penes cammerarium communis seu notarium causae pro summa vel quantitate petita et expensis; et si actuale depositum dederit, non detineatur personaliter. Sed si non probaverit infra dictos VI dies, iudex statim appellatione postposita mandet consignari depositum . . . Si vero debitor infra terminum appositum in termino vel cartutia non satisfecerit suo creditori, solvere teneatur nomine poenae notario banchi pro ipso commune recipiente quantitatem sive dominicalia, si debitum non excedat X sollos, . . denarios XII[2] . . . .

2) u. s. w. nach Verhältniß des Betrags der Hauptschuld.

Et haec omnia locum habeant inter cives et incolas non usurarios. In instrumentis autem seu terminis et debitis publicorum usurariorum potestas et iudex teneantur facere executionem in medietate debiti tantum. Et valeant ipsa instrumenta et eorum cartutiae et termini per annos quinque tantum, ultra quos non valeant exigi vel exequi per officiales praefatos.

Lib. II. Cap. XXII. (Fol. 26b.)

De termino ad recolligendum pignora.

Facta executione in re mobili vel immobili ad instantiam creditoris vigore definitivae vel vim definitivae habentis sententiae, instrumenti, termini, cartutiae damni dati et alterius cuiuscunque contractus . . . iudex inspecta qualitate personarum et quantitate debiti statuat terminum ad reluendum suo arbitrio non minus VIII dierum; . . et elapso dicto termino absque alia requisitione liceat creditori vendere dictum pignus et de pretio retinere illud, quod debet habere . . . .

XIV. *Cori.*[1]

(Vom J. 1547.)

Ueberschrift: **Statuta civitatis Corae.**

Am Schluß: **Romae apud Valerium Doricum et Ludovicum fratres Brixienses. Anno Domini MDXLIX.**

49 Blätter in Folio mit Blattzahlen.

Fünf Bücher, in Kapitel abgetheilt.

Publicirt im J. 1547, hervorgegangen aus der Revision einer älteren Reformation des Stadtrechts, welcher spätere Statute am gehörigen Orte überall einverleibt wurden.

Lib. II. Cap. 5.

Quod termini et sententiae scriptae per notarium communis exequutioni mandentur.

Item, quod potestas et iudex communis teneantur proprio iuramento mandare omnes sententias in banco dicti communis latas ac senten-

---

1) Päpstliche Stadt in der Nähe von Rom, dicht bei Velletri.

tias arbitrorum seu arbitratorum ac terminos scriptos per notarium bancae communis exequutioni et non obstantibus feriis cogere debitores ad solvendum, ex quo terminus fuerit completus, detinendo ipsos ad voluntatem creditoris, donec satisfecerint ei, non obstante, quod in termino non sit scriptus et appositus locus, vel quod desint ibi pontificatus et anni Domini, dummodo contineat indictionem, mensem ac diem et iudicem. Et si debitor completo termino non solverit et debitum excedat summam X sollidorum, cadat in poenam trium sollidorum communi Corae solvendorum; sed si in X sollidis fuerit debitum, cadat in poenam XII denariorum . . . Sed si debitor diceret, se velle aliquam exceptionem opponere contra ipsas sententias et arbitria sive arbitramenta et ipsum terminum, infra tres dies penitus probet eam coram potestate vel iudice communis Corae, quam si non probaverit, poenam quinque sollidorum incurrat. Et non possit contra ipsas sententias et terminos aliam exceptionem opponere, quam falsitatis, solutionis vel refutationis et pacti de non petendo in perpetuum vel ad tempus. Et quod diximus de principali, illud dicimus de fideiussore, quod cogat debitorem ad petitionem fideiussoris . . . Et si potestas vel iudex fuerint negligentes in executione omnium et singulorum praedictorum, tempore eorum syndicationis in X libris per syndicatores creditori et etiam fideiussori et eorum

cuilibet condemnentur. Volumus tamen, quod nullus Coranus detineatur vel detineri possit in palatio communis Corae ad petitionem creditoris per potestatem, iudicem et notarium bancae communis pro aliqua fideiussione, quam fecisset vel faceret pro aliquo, dummodo ipse fideiussor velit investire creditorem de bonis illius, pro quo fideiussit, vel si velit dare pignora creditori.

Lib. II. Cap. 8. (Fol. 17.)

Quod Potestas et iudex faciant instrumenta publica observari.

Item, quod potestas et iudex communis chartas et instrumenta publica cuiuscunque quantitatis dotis mutui vel depositi sint, observent et observari faciant; et, si non est facta mutatio personarum, exequutioni mandabunt sine oblatione libelli summarie cognoscendo, in quorum contradictione iudex communis infrascriptum ordinem servet, videlicet quod instrumento assignato interroget illum, contra quem assignatur, si praesens est, an contenta in dicto instrumento sint vera; quod si confiteatur et nihil opponat, iudex in continenti dicto confitenti praecipiat, quod solvat quantitatem in instrumento contentam cum expensis per actorem factis in causa; sed si ille est absens, statuat terminum VI dierum ad opponendum contra dictum instrumentum, quo termino elapso iudex communis dictum instrumen-

tum contra dictum absentem exequutioni faciat mandari in quantitate et expensis factis, ut supra dictum est, nisi in termino is, contra quem instrumenta publica producuntur, probaverit contra ipsa, quod exequutionem ipsorum instrumentorum impediret.

Lib. I. Cap. 9. (Fol. 2b.)

De exequutionibus fiendis et eius mercede.

Item, quod miles domini potestatis teneatur et debeat ad petitionem cuiuscunque civis vel habitatoris Corani facere omnes singulas exequutiones per iudicem commissas ac terminos sponte susceptos, instrumenta publica, appertiamenta damnorum datorum, ut hactenus consuetum est, exequutioni demandare et pro eius mercede recipiat modo infrascripto [2] . . . .

---

2) Folgt Taxordnung.

XV. *Trieste.*

(Vom J. 1550.)

Titelblatt: **Statuta inclytae civitatis Tergesti. Per fel. record. Ferdinandum I Imperatorem Augustum . . et per clementissimum . . Carolum VI . . . ultimo loco confirmata et in quatuor libr. distincta; et marginalibus textualibus, annotationibus, confrontationibus et concordantiis locupletata per excellent. D. Caesarem Cagnaronum J. U. D. et Equitem Aureatum de Monte Causario . . . Iterum impressa Utini MDCCXXVII. Fol.**

Die vorliegende Reformation ist von Ferdinand angeordnet und einigen seiner Hofräthe, niederösterreichischen und tiroler Regierungsräthe übertragen worden. Diese fanden ein großes Volumen vor, in welchem alte und neue Statuten nach der Zeitfolge zusammen geschrieben waren, welche zum Theil unter einander im Widerspruch standen, zum

Theil durch stillschweigende Gewohnheit in Abgang gekommen waren.

Das Publikationspatent ist vom 12 November 1550.

Der Text ist in lateinischer und in italienischer Sprache gegeben.

Lib. II. Rubr. 9.

De fide instrumentorum et aliarum scripturarum.

Statuimus, quod instrumentis a publico notario conscriptis plena habeatur fides ad litteram, prout iacent, si fuerint vicedominata; sine qua vicedominatione similiter plena fides habeatur sententiis, praeceptis et instrumentis factis de dote, de debito pecuniae vel alterius rei mobilis tantum, et de liberatione debiti, de feudis, decimis et aliis concessionibus Episcopi Tergestini.

Instrumentis autem factis extra territorium Tergestinum per notarium similiter non sit opus vicedominatione, sed illis non habeatur fides, nisi producta sufficienti scriptura, quod tempore confectionis instrumenti talis erat publicus et bonae famae notarius.

Insuper si in libro rationum alicuius fraternitatis vel hospitalis Civitatis vel territorii Tergestini scriptum fuerit, aliquem bis solvisse affictum simplicem vel emphyteuticum pro aliqua domo vel possessione, volumus, quod eiusmodi scrip-

tura concurrentibus aliis adminiculis idoneis arbitrio iudicantis plene probet contra illum, qui ibi scriptus est solvisse et eius etiam singulares successores, ita, ut deinceps durante locatione sive emphyteusi similiter teneantur solvere.

Praeterea scripturis privatis, in quibus quis sibi aliquid datum, factum restitutumve confitetur, vel alii aliquid se daturum, facturum vel restituturum promittit, quae vel rei confessione vel aliter probabuntur esse eius manu scriptae, plena contra eum, qui probatur scripsisse, et eius haeredes habeatur fides, etiam si vicedominatae non fuerint.

Nullaque contra eiusmodi scripturas privatas vel publica instrumenta possit fieri oppositio, nisi falsitatis, praescriptionis vel solutionis, et si qua talis oppositio facta fuerit, probari debeat intra proximos XV dies, et amplius non audiatur et statim feratur sententia iuxta Chyrographi vel publici instrumenti tenorem.

Item ubicunque in publico instrumento vel Chyrographo fuerit scriptum, debitorem accipere in se sententiam voluntariam, talis scriptura paratam habeat executionem ac si sententia lata fuisset contra debitorem, quae in rem iudicatam transiisset.

Lib. II. Rubr. 8.

De testibus et extraiudiciali confessione.

. . . . Item solutio debiti compre-

hensi in scriptura publica vel privata vel confessio solutionis sive liberationis eiusmodi debiti non possit probari nisi altera fide digna scriptura vel non paucioribus quam tribus idoneis testibus ad hoc vocatis et rogatis . . . . . .

XVI. *Ferrara.*

(Vom J. 1566.)

Ueberschrift: **Statuta urbis Ferrariae nuper reformata.**
Anno Domini MDLXVII.

Am Schluß: **Ferrariae. Excudebat Franciscus Rubeus de Valentia MDLXVI.**

307 Blätter in Folio mit Blattzahlen.

Zwölf Bücher, in Kapitel abgetheilt.

Das Publikationspatent ist vom 12 August 1566. Dieses Stadtrecht ist sehr vollständig. Es handelt insbesondere von der Exekution aus schriftlichen Urkunden in **Lib. II. Cap. XX et XXI, Fol. 31 — 34**, nehmlich:

Cap. XX. De modo et forma procedendi, quando de debito apparet per publicum instrumentum. (Fol. 31 — 34)

Cap. XXI. De scripturis privatis. (Fol. 34.)

Ich konnte aber nur eines defekten Exemplars habhaft werden, und diesem fehlen gerade die Blätter 13 bis 36 einschlüßig.

Lib. II. Cap. XXXV. (Fol. 53b—54.)

Quibus casibus summarie procedatur.

. . . . . .[1] Et si quis ex aliqua ex praedictis causis fuerit condemnatus et sententia in rem iudicatam transiverit, volumus, quod ad instantiam talis creditoris elapsis X diebus a die sententiae vel notificationis numerandis debitor condemnatus possit personaliter detineri pro executione dictae sententiae, vel possit etiam ad voluntatem creditoris praedicti executio fieri in bonis condemnati omisso ordine excussionis bonorum mobilium vel immobilium vel nominum debitorum, prout dictus creditor alterum ex dictis remediis capturae vel bonorum elegerit pro dicta sententiae executione. Quae etiam sibi vendicent locum, si quis praeceptum receperit in confessum in iudicio ex aliqua ex causis supradictis.

---

1) Nach Aufzählung der Fälle.

I. *Rodericus Suarez.*

Professor in Salamanca; wurde im J. 1499 zum Auditor des obersten Gerichtshofs ernannt [1]), damals, wie es scheint, schon ein bejahrter Mann [2]).

Von seinen Schriften (unter welchen interessante Erörterungen über mehrere Gesetze des fuero juzgo) gehört hieher die sehr ausführliche

> Lectura super L. post rem iudicatam ff. de re iud. una cum declaratione legis regiae titulo: De las exceptiones l. fin. in ordinamentis regalibus,

beendigt am 5 Mai 1497, wie er selbst am Schlusse bemerkt.

Hieraus nach der Ausgabe in Roderici Suarez opera omnia. Francof. 1594. in fol. pag. 491 — 589:

Notabile III. (Pag. 503, 504.)

Nota tertio, quod confessio in iudicio habet executionem paratam, quod probatur ibi: *con-*

---

1) Roder. Suarez: repetitio legis *quoniam in prioribus C. de inoff. testam.* limitatio I. num. 9. (Opera omnia Francof. 1594. pag 394.)

2) Roder. Suarez l. c. pag. 446. num. 4

fessionem in iure factam iuncto fine: *quia in iure confessi pro iudicatis habentur* .... Habes igitur hic textum secundum Bartolum et omnes, quod confessio facta in iudicio habet executionem paratam, . . . et sic fit praceptum in confessum via executiva sine alia condemnatione secundum glossam ibi, sicut si vere esset condemnatus . . . . Est etiam casus, quod confessio habeat executionem paratam, in l. certum § 1 ff. de confess., quem Bartolus multum commendat ad hoc . . . et dicit, quod propter hoc in illa civitate instrumenta confessionata mandantur executioni sicut sententiae definitivae, quia fit per statutum, ut confessio facta coram notario videatur facta coram iudice, in Tuscia vocantur instrumenta guarentigiata. . . . .

2. Et intellige hanc legem et similes, quae disponunt confessionem habere executionem paratam, quando confessio fit ad partis petitionem nullo dato libello nec litis contestatione et ordinario processu praecedente, sed solum ad instantiam partis confessus est, quia, si his praecedentibus fiat, cum desiderat post se sententiam, non haberet ex se executionem paratam. . . . .; et sic illud praeceptum, de quo facit mentionem textus in l. si debitori. ff. de iudiciis, non est sententia sed quoddam praeceptum executivum tendens ad executionem, et sic concludit Bartolus. Hanc doctrinam tenet Baldus, . . . Alexan-

der, . . Jo. Andreae . . et Cynus . ., et sic concludunt omnes cum Bartolo. . . . .

2. Advertas etiam ad huius legis extensionem, quod non solum confessio in iudicio habet executionem paratam, si fiat per modum contentiosae iurisdictionis, sed idem, si emanet per modum voluntariae iurisdictionis, et pro tali executione potest implorari officium iudicis sicut pro sententia; ita dicit Angelus . . post Jo. Andreae . . . Hanc conclusionem tenet Cynus de Pistorio in l. un. C. de confessis . . . et sic dicit observari de consuetudine et dicit, quod huic assimilatur praeceptum guarentigiae, id est confessio, quae fit in Tuscia, maxime Florentiae, a iudicibus et notariis habentibus super hoc potestatem a statutis terrarum, quod quidem praeceptum habet paratam executionem. Haec fuerunt verba notanda Cyni, ut supra, quae tene menti; et ibi tenet idem, quod supra, quando confessio est facta per modum contentiosae iurisdictionis.

Declaratio legis regni. (Pag. 518—522.)

. . . . . 3. Ex praedictis [3]) habes alium casum habentem paratam executionem, scilicet instrumentum guarentigiae, si confessio fiat coram iudice, qui faciat praeceptum; idem si coram notario, qui a lege vel statuto municipali habet authoritatem faciendi tale praeceptum, quod ex-

---

3) Vorher geht eine Zusammenstellung der Lehrmeinungen italienischer Juristen über die guarentigia.

tende, etiam si ex privilegio esset iudex ordinarius nec specialis potestas ei esset concessa faciendi dictum praeceptum.

Hac forma instrumentorum non utimur in Hispania, cum notarii non habeant hoc privilegium nec aliquam iurisdictionem ad faciendum dictum praeceptum, sed nec coram iudice fiunt instrumenta nec iudex facit eis praeceptum. In civitate Hispalensi et in aliis partibus Beticae provinciae vidi observari, quod, cum partes volebant celebrare contractum, ibant cum notario coram iudice et facto contractu coram eo ipse mandabat observari et faciebat eis praeceptum, ut observarent contenta in instrumento, sicut ex sententia, et vulgariter dicunt ipsi *instrumentum ex iudicio iudicato;* et illud est instrumentum confessionatum et guarentigiae, ut supra dictum est. Certe est optima et singularis practica ad multa. Et de forma, qua utimur communiter in Hispania, scil. quod contrahentes dant potestatem exequendi omnibus iudicibus, dicam statim.

4. His sic praemissis haec lex [regia] in summa tria ponit. Primum, quod instrumentum cuiuscunque debiti mandetur executioni contra debitorem. . . . . . .

More commentantium venio ad primam partem ibi: *charta o recaudos ciertos de obligaciones que los cumplades y lleguedes a execucion* etc, id est: instrumentum aut cautiones obligationum ut eas impleatis et mandetis executio-

ni. Nota primo, quod instrumenta publica debent mandari executioni et habent paratam executionem, et sic habes hic alium casum, in quo instrumentum habet executionem paratam, quem adde supradictis.

5. Sed pulchrum et mihi novum dubium est, utrum omne instrumentum, de quo loquitur haec lex, habeat executionem paratam ex hac legis dispositione, etiam si in eo non apponatur illa clausula, quae communiter in Hispania apponitur in contractibus per tabelliones, scilicet *qui T. dedit potestatem omnibus iudicibus, coram quibus hoc instrumentum fuerit ostensum, ut faciant pro contentis in eo executionem in eius persona et bonis, tamquam si contra eum esset lata sententia transacta in rem iudicatam*, et sic, si virtus executiva stet in dicta clausula vel in dispositione huius legis ita, quod etiam si non apponatur ista clausula contractus habeat paratam executionem; neminem vidi super hoc scribentem in terminis.....

8. ... Et cum in Italia non utuntur hac clausula in instrumentis, non loquuntur de ea ... Praeterea multi conati sunt comprehendere casus, in quibus de iure instrumenta habent executionem paratam, praesertim Alexander, ... et inter eos non reperitur noster casus. Praeterea quaesivi omnes leges tertiae partitae tit. 18 (*de las escripturas*), ubi leges tradunt formam instrumenti mutui et venditionis et aliorum contractuum, tamen in

nulla illarum potui invenire, quod ista clausula apponeretur ad robur contractus nec ad faciendum illum habere executionem paratam; et licet ista non sint argumenta, quae de necessario concludant, tamen aliqualiter pungunt, maxime cum in omnibus fere partibus provisum est, quod instrumenta habeant executionem paratam, ut patet in statutis Italiae, quae ad hoc invenerunt praecepta guarentigiae. Patet etiam ex hac lege nostra. Praeterea facit, quod supra dictum est, quod regulariter instrumenta [de iure communi] non habent paratam executionem . . . . .

10. . . Nihilominus practicam et consuetudinem communem nostri regni circa dictam clausulam defendam, ne forte Italici scriptores dicant: ubi nunc sunt leges Hispanorum? . . . Dico igitur, quod ista clausula est tantae importantiae, quod facit instrumentum habere paratam executionem, ut ex sequentibus apparebit. Primo, quia haec est consuetudo observata et approbata in hoc regno, ut instrumenta, quae habent dictam clausulam, mandentur executioni statim viso instrumento, et est communis practica, unde habeo, quod consuetudo dat ordinem causae, ut in ea procedatur summarie et executive; casus est singularis secundum Baldum in l. missi opinatores C. de exa. tribu.; et etiam ex pacto, ut sentit ibi Baldus. Secundo, quia contractus ex conventione legem accipiunt, ut leges testantur; si ergo partes concedunt iudicibus potestatem

exequendi instrumentum, tamquam si esset sententia, illud servandum est. Tertio allego textum expressum, qui approbare videtur dictam practicam, in l. creditores C. de pign., ubi ex pacto licitum est ingredi possessionem propria authoritate, et sic est ibi casus expressus, quod ex pacto pars potest exercere propria authoritate et per se ius executivum in re sibi obligata, ergo a fortiori potest concedi iudici potestas exequendi instrumentum, cum parti posset concedi ex pacto . . . . Praeterea dico, quod ius exequendi ex conventione et ius exequendi iudicis authoritate aequiparantur; iste est casus in l. pen. C. de pign. act. et in l. dotis solut. matrim., quos ad hoc commendat Bartolus in dicta l. creditores . . . in versiculo: *Item ex isto pacto;* si ergo ista aequiparantur, quod alicui competat ius exequendi ex permissione et authoritate iudicis et ex conventione, cum convenit per pactum, quod iudex, coram quo fuerit ostensum instrumentum, illud exequatur, quare iudex illud non posset exequi . ., ut inter partes fuit conventum? Praeterea hoc videtur magis clare determinasse Bartolus in dicta repetitione in versiculo: *Item ex isto pacto*, ubi eleganter inquit, quod ex pacto ingrediendi propria authoritate oritur quoddam ius, quod est executivum paecedentis obligationis et facit ipsam obligationem habere paratam executionem secundum partium voluntatem, sicut ex sententia oritur actio

iudicati vel in factum vel officium iudicis, quod habet paratam executionem . . . . Ecce ergo singularia verba domini Bartoli aperte determinantis quaestionem, scilicet, quod ex conventione instrumentum habet executionem paratam sicut sententia, quod tenebis menti. . . . .

15. Quod hodie instrumenta de per se habeant executionem paratam, dato, quod in eis non sit clausula supra dicta . . ., de hoc est casus clarus in hac lege in multis eius partibus; nam ratio huius legis est multum generalis, quae extenditur ad omnes contractus; item textus indistincte loquitur in contractibus certis de debitis liquidis . . . . et sic lex ista solum videtur duo requirere ad hoc, ut instrumenta mandentur executioni: primo, quod debitum sit certum, secundo, quod tempus solutionis sit elapsum.. . . . . .

16. Pro contraria parte facit dicta lex facta a Rege Enrico, quam supra allegavi, quae disponit, quod sententiae et compromissa et instrumenta et omnia alia, quae habent executionem paratam, mandentur executioni non obstante quacunque exceptione nisi certis ibi numeratis, et sic videtur praesupponere illud solum habere locum in illis instrumentis, quae habent paratam executionem, ergo non omnia habent illam paratam. Praeterea facit haec l. in prin., ubi textus dicit: *Y porque no les pagan las dichas devdas, praesentan las dichas chartas y recaudos ante vos los dichos alcades, para que fagades*

execucion por ellos, id est: Et quia non solvunt dicta debita, offerunt dicta instrumenta et cautiones vobis, Praetores, ut loco ipsorum eas mandetis executioni, et sic videtur, quod loquitur dicta lex in illis contractibus, pro quibus petebant creditores executionem ante dictam legem; sed certum est, quod non poterant petere executionem nisi pro illis instrumentis, quae habebant paratam executionem ex dicta clausula et conventione, ergo super illis venit ad disponendum haec lex.

18. Item iuvat hanc opinionem communis consuetudo huius regni, quae habet, ut in omnibus instrumentis apponatur haec clausula, scilicet dans potestatem omnibus iudicibus exequendi hoc instrumentum, et sic consuetudo interpretatur, dictam clausulam esse necessariam in tantum, quod ea non apposita instrumentum non habebit executionem paratam; consuetudo enim est optima legum interpres, l. si de interpretatione ff. de legibus. . . . .

Et ista pars videtur magis sustentabilis, maxime si teneremus opinionem, quam tenuit Baldus, quod ex conventione non competeret ius executionum, quia satis est, quod ista lex daret validitatem conventioni ad faciendum contractum habere paratam executionem; et sic pactum executivum iuncta huius legis dispositione . . . facit contractum habere executionem paratam modo et forma, de quibus in hac lege.

II. *Alphonsus de Montalvo.*

Lebte unter der Regierung Ferdinands des Katholischen und stand in großem Ansehen, sowohl als Lehrer des canonischen Rechts zu Salamanca, als auch in bedeutenden Staatsämtern [1].

Er hat unter anderem das alte Landrecht von Castilien glossirt und im Jahr 1501 zum Drucke befördert, wovon ich folgende Ausgabe benütze:

Forus legum regni Castellae noviter impressus. In quo singulis legibus appositae sunt per quendam doctorem eximium huius universitatis Salmanticensis concordantiae aliarum legum regalium: et additiones adeo utiles: ut in hoc libro omnes fere leges regiae contineantur, quae in aliis ante hunc impressis non reperiuntur.

Am Schluß: **Exactum fuit hoc opus in praeclara urbe Salmanticensi per Johannem gyſser Alemanum de Silgenstadt. Anno Christianae salutis Millesimo quingentesimo pridie nonas septembris.**

168 Blätter in Fol. mit Blattzahlen.

---

1) In der Vorrede zum forus legum Castellae: »ego Alphonsus de montalvo inter iuris canonici professores minimus, illustrissimi domini regis Castellae auditor et sui consilii«. . .

Hieraus:

Lib. III. tit. XX.

Delas debdas et delas pagas.

(Fol. 124b — 125.)

Ley primera.

Si algun ome a plazo sabido [c] per juyzio [d], a que pague alguna debda a otro, et nolo pagare al plazo, los alcades, que el plazo dieron, manden al merino [a], que entregue delos bienes del debdor de mueble [b] o de rayz a aquel, que ha de aver la paga, et si la entrega fuere de mueble, tengala el, que ha de aver la paga, fasta nueve dias, et si gela no quitare a este plazo, meta la entreger en mano del corredor por mandado del alcade, que la venda lo major que pudiere; . . . et si fuere entregade rayz, tengala fasta XXX dias [2]. . . . . . .

---

2) Zu Teutsch: Hat irgend Jemand einen bestimmten Termin vom Gerichte, in welchem er einem Andern irgend eine Schuld zahlen soll, und er will im Termin nicht zahlen, so sollen die Richter, welche den Termin gegeben haben, dem Amtmann (Exekutor) befehlen, daß er demjenigen, der die Zahlung zu erhalten hat, Güter des Schuldners überliefere, bewegliche oder unbewegliche; und wenn die Ueberlieferung in Mobilien geschehen war, so soll sie derjenige, welcher die Zahlung zu erhalten hat, neun Tage lang an sich halten, und wenn sie ihm bis dahin nicht ausgelöst sind, so soll er sie durch Befehl des

Glossa.

c. *sabido*. . . . Item nota, quod ista lex loquitur, cum destinata est solutio in certum tempus per iudicis sententiam, quod patet ibi *por juyzio*, cum qua concordat l. 1 C. de execut. rei iud. et ibi glo. et l. prolatam C. de senten. et interloc. omn. iudicum; et idem intelligo, si debitum est liquidum per confessionem, quae procedit per modum voluntariae iurisdictionis et garenticiae, quae quolibet loco potest fieri, quia ea, quae inter volentes fiunt, ubique possunt expediri, ut ff. de manu. vindi. l. non est omnino et de offic. procons. l. 2; et idem, si iuramentum sit praestitum, quod habet paratam executionem, ut l. si possessori § sed cum de hereditate ff. de act. et obl. et l. post rem ff. de re iud.; potest ergo peti executio sententiae et iuramenti et confessionis in iure legitime factae, quae tria aequiparantur, ut dicta l. post rem, quae si petatur officio iudicis, non requiritur libellus nec litis contestatio, sed summatim cognoscendo proceditur ad executionem, ut l. a divo pio § si super rebus de re iudicata, Speculator tit. de execut. sen. § qualiter in princ. . . . .

d. *por juyzio* . . . . . Item nota, quod

Richters dem Auctionator überliefern lassen, welcher sie so hoch als möglich zu verkaufen hat; . . . und wenn ihm Immobilien überliefert waren, so soll er sie dreissig Tage an sich halten.

ista executio debet fieri per officium iudicis, quod habet paratam executionem, ut l. 2 C. de execut. rei iud. et Speculator tit. de exec. sen. § breviter in princ. et Cynus in l. unica C. de confessis IX quaestione in fi. et per eum C. quorum appell. non rescin. [recip.] l. ab executore qu. I.

Est tamen notandum, quod officium iudicis non habet locum, nisi sententia sit liquida, cui nihil possit opponi, ut l. 2 C. de exec. rei iud.; sed si non est liquida, est necessaria actio in factum, ut ibi. Et circa hoc nota, quod, si sententia vel contractus petatur exequi principaliter, tunc est officium mercenarium; si autem disgreditur ad novam petitionem, ut quia peto interponi in aliqua re primum vel secundum decretum, tunc est officium nobile et mixti imperii, ut notat Baldus in dicta l. 2, ubi etiam notat, quod si statutum dicit, quod instrumenta tabellionum, qui sunt matriculati, mandentur executioni, sicut sententiae, quae transierunt in rem iudicatam, quod tale statutum intelligatur de instrumentis liquidis per l. fi. C. de compensat.; possunt tamen liquidari per omne genus probationum, ut notat Bartolus in l. 1 ff. de lega. III; nam instrumentum non liquidatum continet obligationem licet bellatam [velatam], quae potest detegi tam testibus quam instrumentis, ut extra de iudi. C. sicut nobis. Et super liquidandis in--

strumentis est citanda pars, quia requirit causae cognitionem.

An autem debeat citari pars, antequam iudex praecipiat executionem fieri? . . . .
Executio instrumentorum garenticiae non potest fieri sine citatione, quia nulla sententia praecessit, unde, ex quo nunquam fuerit de causa cognitum, necesse est a citatione incipere, ut insti. de poena temere litig. § fin., Baldus in l. 2 C. quor. appell. non recipiuntur. . . . .

b. *de mueble* . . . .
In pignore tamen conventionali potest obligari nomen debitoris negantis, et, si talis debitor [3]) negat et potest per instrumentum concludi vel sententiam, quae habet executionem paratam, fiet executio negatione non obstante, quia non requiritur strepitus iudiciorum in instrumentis exequibilibus, ut l. post rem ff. de transact.; secus si instrumentum non habet executionem paratam.

---

3) Nehmlich der debitor debitoris.

III. *Antonius Gomez.*

Professor zu Salamanca; geboren um's Jahr 1500 zu Talavera im Bezirk von Toledo.

Von ihm sind vorhanden:

1. Commentarii variaeque resolutiones iuris civilis, communis et regii.
2. Commentarius ad leges Tauri.

A. Aus den variae resolutiones.

Tom. II. Cap. VI.

De contractu mutui.[1]

. . . . 3. Item quaero, si debitor confessus est in instrumento publico guarentigio recepisse pecuniam mutuam et promisit solvere et conveniatur a creditore, an tale instrumentum mandetur executioni et teneatur efficaciter solvere, nisi probet infra decem dies datos a lege Regia, sibi non fuisse numeratam? an vero instrumento non obstante possit debitor exceptionem opponere, sicut de iure communi, ut creditor teneatur eam probare numeratam? Et videtur, quod praedictum instrumentum mandetur executioni, sicut si

---

1) Ed. Francof. 1596. f. pag. 270.

contineret aliam quamlibet causam, et non possit debitor opponere praedictam exceptionem non numeratae pecuniae. Primo per l. 4 et 5 tit. 8 lib. 3 Ordin., quae expresse disponunt, quod contra instrumentum publicum guarentigium non possit opponi aliqua exceptio nisi illae, de quibus ibi, et adhuc illae debent opponi et probari infra decem dies; sed ista ibi non continetur, ergo etc. Secundo, quia contra instrumentum publicum guarentigium non admittitur aliqua exceptio, nisi quae impugnat validitatem instrumenti, ut quia deficit forma et solennitas eius; ita Bartolus notat, ubi bene fundat, in l. 1 § et parvi refert ff. quod vi aut clam et ibi Alexander in additionibus, Baldus in l. fi. C. de falsa causa adiecta lega., idem Baldus in l. 2 in fi. C. de exc. rei iud., idem Baldus in l. 1 C. plus valet quod agit., Angelus in l. 1 § si quis ita ff. de verb. obl. Tertio, quia sicut confessus in iudicio vel condemnatus per sententiam non potest opponere exceptionem non numeratae pecuniae, quia censetur mutuum naturale probatum, argum. tex. in l. un. C. de confess. iuncta gl. fin. magna in princ. dum dicit: *solvere scilicet accepta* (puta) *mutuo;* et ibi notant doctores, praecipue Salicetus. Et in expresso, quod contra instrumentum guarentigium non possit opponi ista exceptio n. num. pec. tenet Baldus in l. pecun. C. de solut., idem Baldus in l. 3 C. de postulando.

Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imo quod debitor possit opponere praedictam exceptionem n. num. pec. etiam stante instrumento publico guarentigio, et impediatur executio, nisi creditor probet numerationem. Primo, quia, quando actus principalis non valet, similiter non valet confessio vel alia quaelibet clausula in eo posita, arg. text. in l. final. ff. de constituta pecun. cum similibus. Secundo facit textus singularis bene consideratus cum ratione in l. fin. C. de non num. pec., ubi habetur, quod confessio mutui etiam iuramento apposito de solvendo non tollit exceptionem n. num. pec., quia intelligitur secundum naturam contractus, cui adiungitur, et per consequens habet tacitam conditionem: si pecunia numeretur; ergo clausula guarentigia et confessio contenta in instrumento publico guarentigio intelligatur sub illa conditione. Tertio facit, quia stante praedicta lege vel statuto non tollitur exceptio, quae colligitur ex tenore instrumenti tanquam notoria et sine dilatione probata; ita notabiliter concludit Jo. de Imola in l. fi. ff. a quib. appel. non licet, Baldus, Hippolytus Marsilius [2]) in l. 1 § servi ff. de quaest., Romanus in Cons. suis cons. 42, quem omnino vide, Baldus in l. ex placito C. de rer. permut. Et in expresso istam sententiam et conclusionem tenuit Cynus in l. in con-

---

2) Jurist zu Bologna, † gegen 1525.

tractibus C. de non num. pec., ubi dicit, quod licet confessus in iudicio per modum contentiosae iurisdictionis non possit opponere istam exceptionem, quia non praesumitur fecisse spe futurae numerationis, cum fecit invitus, tamen confessus in instrumento publico guarentigio per modum voluntariae iurisditionis bene potest opponere; et idem tenet Baldus, Salicetus, Paulus de Castro, Rodericus Suarez.

Pro qua sententia et conclusione ego noviter considero, quod illa lex Regia tollit exceptiones competentes reo praeter ibi enumeratas . . , quando creditor ex natura contractus habebat intentionem fundatam. Sed in nostro casu debitor habet intentionem fundatam et creditori incumbit onus probandi. Ergo illa non tollitur.

B. Aus dem Commentarius ad leges Tauri.

Lex LXIV. [3]

1. Nota ex ista lege, quod instrumentum publicum guarentigium habet executionem paratam et nulla exceptio potest contra id opponi, nisi illae, quae continentur in l. ordinationis hic allegatae, et illae debent opponi infra decem dies a tempore oppositionis, creditor tamen debet of-

3) Ed. Francof. 1591. f. pag. 491 — 493.

ferre fideiussorem, quod, si executio fuerit revocata, restituet pecuniam solutam debitori; et cum his executio procedat et consequatur plenum effectum.

2. Pro cuius legis et materiae perfecta declaratione dico et praesuppono, quod regulariter de iure instrumenta quantumcunque publica non habent executionem paratam, sed tantum vim probationis procedendo per viam ordinariam; ita probat textus singularis in l. minor annis 25, cui fideicommissum in fine ff. de minoribus, ibi: *quia paratam ex iudicati causa persecutionem novo contractu ad initium alterius petitionis redegerat;* ibi notant et commendant Doctores. . .
. . . . . .

3. Quod est verum et procedit regulariter praeterquam in aliquibus casibus specialibus a iure, in quibus habent paratam executionem, sc. in sententia, iuramento, confessione, testamento et aliis pluribus casibus adductis et collectis a Doctoribus, ubi supra, et maxime per Roder. Suarez in l. post rem iud. ff. de re iud. Item etiam est verum et procedit etiam, si in tali instrumento publico sit posita clausula guarentigia et verba executiva et condemnatoria: quia dicit debitor, quod habet se pro condemnato tanquam si per iudicem proprium ordinarium et in sententia definitiva esset condemnatus, quia pri-

vatorum consensus non potest tribuere iurisdictionem tabellioni vel notario, ut illum condemnet, argumento textus in l. privatorum consensus C. de iurisd. omn. iud. cum similibus; et quod ista sit clausula guarentigia, tenet et declarat ultra omnes melius, quam alibi, Jason in l. error C. de iuris et facti ignor., idem Jason in l. 1 § si quis ita ff. de verb. obl., Doctor de Segura in repetitione legis si ex legati causa ff. de verb. obl. Hodie tamen de iure nostro regio instrumenta publica bene mandantur executioni; ita disponit l. 4 tit. 8 lib. 3 ordi. et ista nostra lex Tauri.

4. Sed pulchrum dubium est, an requiratur, quod in tali instrumento publico hodie ponatur praedicta clausula guarentigia et condemnatoria? et videtur dicendum, quod sic, quia alias non est fundamentum, ex quo oriatur virtus exequutiva et ius exequendi; et in terminis ita terminat Baldus in l. etiam C. de exec. rei iud., idem Baldus in l. penult. C. de fideiuss., Doctor de Segura in repetitione l. si ex legati causa ff. de verb. obl., Jason post Bartolum et alios in l. 1 § si quis ita eod. titulo, Roder. Suarez latius et melius, quam alibi, in dicta l. post rem iud. ff. de re iud. fol. 120 versiculo: *sed pulchrum et mihi novum dubium est* etc., adeo, quod non sufficit, si postea ponatur ex intervallo secundum eos. Sed salva eius pace ego teneo

contrarium, imo, quod instrumentum publicum hodie possit mandari executioni in nostro regno, etiam si non contineat praedictam clausulam, et hoc per dictam l. 4 tit. 8 lib. 3 Ordina. et per nostram legem Tauri; et ita practicatur.

IV. *Didacus Covarruvias.*

Geboren am 25 July 1512 zu Toledo, studierte zu Salamanca, wo er später als Lehrer des canonischen Rechts auftrat, bald aber auch in öffentlichen Aemtern verwendet wurde und in beiden Beziehungen zu dem größten Ansehen gelangte. Er wurde im J. 1564 zum Bischof von Segovia, im J. 1572 zum Präsidenten des Raths von Castilien ernannt und starb am 27 September 1577 zu Madrid.

Unter seinen Schriften befinden sich

variarum ex iure pontificio, regio et caesareo resolutionum libri IV,

welche er im Jahre 1552 zu Granada herausgab.

Hieraus:

Lib. II. Cap. XI.

De executione instrumenti publici, quod conditionale est vel liquidam quantitatem minime continet. [1]

Plerisque in locis statuto cavetur (et lege

---

1) Didaci Covarruvias a Leyva . . . opera omnia Francof. 1583 f. Tom. II fol. 71^b — 73. — Lugd. 1661 f. (cum notis Jo. Uffelii, J. C. Bruxellensis, in variarum resolut. libros) Tom. II. pag. 164 — 168.

Regia cautum est), quod instrumenta publica ita paratam habent executionem, ut absque iudiciorum ordinariis solemnitatibus, dilationibus et libellorum formulis, captis statim pignoribus et publica subhastatione venditis executioni mandentur, *Regia l. 4 et 5 tit. 8 lib. 3 ordi.* hodie *l. 1 et 2 tit. 21 lib. 4 Recopilat.* et *l. 64 Tauri.* hodie *l. 3 tit. 21 lib. 4 Recopilat.*, nisi debitor intra decem dies a die, quo ipse a iudice petierit, captionem pignorum causa executionis praemissam et mandato iudicis factam revocari, aliquid allegaverit et probaverit, quod legitime ultimam pignorum captorum venditionem impediat, sicuti eisdem legibus expressum est . . . . .

Illud sane omittendum non est, usu forensi totius regni Regiam constitutionem ita receptam esse, ut non omnia publica instrumenta ex ea statim tradantur executioni, sed ea tantum, quae clausulam guarentigiam, quae vulgaris est, expressam habent. Nam cum omnibus publicis instrumentis haec clausula passim adscribatur auctore Bartolo et aliis in l. cum unus ff. de bonis auctor. iudic. poss., Regia constitutio, quae hoc ius executionis tribuit publicis instrumentis, potissimum consideravit Italiae et totius orbis Christiani usum et ideo vere iuxta propriam legislatoris mentem sic est eadem lex intelligenda, quod Roder. Suares adnotavit in l. post rem iud. ff. de re iud. 13 col. post l. Regiam et Segura in l. si ex legati causa n. 78 ff. de verb. obl. Et

quamvis probari et defendi rationibus et iuribus posset, legem Regiam ius istud summariae executionis publicis instrumentis concessisse ex eo tantum, quod scripturae sint publicae, etiamsi praefata clausula fuerit omissa, tamen prior opinio ita frequentissima forensium praxi recepta est, ut iam controversiae nullus sit relictus locus. Nam et hic usus probatur ex eo, quod c. ult. earum constitutionum, quae Madritii statutae fuerunt anno MDXXXIV, (hodie l. 5 tit. 21 lib. 4 Recopil.) obiter mentio fit legis Regiae de exequendis contractibus guarentigiis; igitur, cum inibi Regia constitutio de exequendis instrumentis ad contractus guarentigios referatur, apparet manifeste absque ullo dubio, non fore locum Regiae legi in contractibus, qui guarentigii non sunt.

Eadem vero Madritia constitutione ius hoc executionis summariae concessum est privatis scripturis ac chirographis, modo eadem privata scriptura agnita sit coram iudice ab ipso reo, siquidem producta apud iudicem scriptura privata statim ipsi reo praecipitur, ut intra breve tempus ad iudicem accedat eam recogniturus ante litis contestationem, ut existimant Baldus in l. contra negantem C. ad leg. Aquil., Romanus in consil. 373 . . . , Regia l. 119 tit. 8 part. 3, qua probatur privatam scripturam agnitam a parte eamdem vim habere ac si esset a tabellione confecta. . . . .

Quid autem dicendum erit, cum privata scriptura habetur pro recognita et talis censetur ob contumaciam rei vel nolentis respondere vel comparere recusantis ex c. ult. de confess. in VIto? . . . Et licet res dubia sit, tamen Rebuffus super constitutiones Regias tractatu de chirographis num. 98 existimat in specie locum esse legi Regiae, quae et apud Gallos eadem est, et executioni locum fore; quod aequissimum esse constat, cum alioqui contumaces praemio afficerentur; esset tamen ad hunc effectum reus in propria persona citandus expressim ad recognitionem, nisi fraude et dolo hanc citationem effugeret, argum. l. 1 tit. 9. lib. 3. ordin.

V. *Juan Yanez Parladorio.*

Jüngerer Zeitgenosse des Covarrubias, Advokat am königlichen Gerichtshof zu Valladolid.

Von ihm sind unter anderem vorhanden
rerum quotidianarum forensium libri II,
welche er zuerst im J. 1575 herausgegeben, dann aber im J. 1581 von neuem bearbeitet und sehr vermehrt hat.

Hieraus:

Lib. II. Cap. XXII.

De executione instrumenti publici seu guarentigii et omnium fere, quae paratam executionem habent. [1]

P. I. § XI. De instrumento publico seu guarentigio. [2]

Postremo paratam habet executionem instrumentum publicum seu mavis guarentigium, non quidem iure communi, sed Regio potius; nam

---

1) Joannis Yanez Parladorii ... opera iuridica Lugd. 1678. f. pag. 109 — 202.

2) Pag. 125 — 129 l. c.

quod ad ius commune attinet nullum instrumentum, quantumvis publicum, quantumvis authenticum, paratam executionem habet exceptis iis duntaxat, quae superioribus retulimus paragraphis [3]. . . . , nisi modo instrumentum clausulam guarentigiam habeat; Alexander in l. si dotem § eo autem tempore ff. sol. matr., Boërius decis. 295, Suarez ad l. Toletanam § 1.

Est autem clausula guarentigia apud Italos nihil aliud, quam praeceptum, quod notarius authoritate a municipali lege seu statuto sibi irrogata facit in sponte confessum. . . . Ex potestate igitur per statuta tabellionibus facta guarentigia instrumenta paratam executionem apud exteros habent.

Faciunt hoc idem apud ecclesiasticos obligationes *in forma Camerae* conceptae . . . Apud nos vero exstat lex Regia a Catholicis Regibus lata, vulgo Toletana dicitur (quia Toleti lata fuit), qua consultissime cautum est, ut instrumentum omne publicum contractuum et obligationum executioni demandetur . . . . .

Amplia igitur primum hanc Toletanam legem, ut instrumentum publicum habeat paratam executionem, etsi illi adiecta non fuerit clausula

---

3) nehmlich res iudicata, sententia arbitri, iuramentum litis decisorium, confessio in iure facta, chirographum in iure recognitum, testamenta solennia u. a. m.

guarentigia; ea est clausula illa, qua contrahentes dant potestatem omnibus iudicibus, ut adversus sese faciant executionem, perinde ac si id, quod pacto conventum est, re iudicata transactum finitumque foret. Enim vero tametsi Rodericus Suarez in contraria fuerit sententia et illius subscripserit opinioni Covarruvvias et Dominus Padilla et Ignatius Lopez, verum priori sententiae plerique adstipulantur affirmantes clausulam guarentigiam necessariam hodie non esse, in quibus est Segura . . , Castellus . . , Villalobos . . , Olanus . . , Albornoz . . , Anton. Gomez . . , Didacus Perez . . , qui posteriores eo nos iure uti testantur. Itaque hanc magis esse receptam et communem opinionem affirmare possumus.

. . . . Et mihi sane . . haec, quam sequimur, videtur opinio . . convenire magis verbis illius legis Toletanae, quae hanc clausulam guarentigiam non exigit sed simpliciter contractus publicos exequendos decernit . . . . Neque me quidem modo aliquo conturbat, quod opinatur Covarruvvias suam illam opinionem probari in lege 5 tit. 21 lib. 4 Recopilationis, quoniam in ea scriptum sit, confessionem in iure factam exequendam esse iuxta tenorem legis Toletanae, quae de guarentigiis instrumentis loquitur. Nam cum lex illa Toletana de instrumentis publicis mentionem faciat, apparet hanc alteram legem posteriorem, quae ad illam se retulit, contractus

publicos ac guarentigios pro eodem accepisse, cum iuris sit aperti, legem unam aliam referentem accipiendam esse iuxta legem, ad quam refertur . . . Adde, quod hoc verbum guarentigii et apud ipsos Italos idem significat, quod publicum, ut apparet ex ipsis iuris armariis Bartolo et Baldo in l. 1 ff. de iis, quae in testam. delentur, atque ex Salyceto in l. super ea C. mandati . . . . .

I. *Petrus de Bellapertica.*

(de Belleperche.)

Professor zu Toulouse und Orleans, später Bischof in Auxerre und Kanzler von Frankreich; starb 1308. [1])

Von ihm sind unter anderen exegetischen Arbeiten Repetitionen über einzelne Gesetze des Cod. Just. vorhanden.

Hieraus [2]):

Repetitio l. un. C. de confess.

Confessos. . . . .

11. Secundo quaeritur: dicitur hic, qui confitetur pro iudicato habetur, numquid pro iudicato habetur, ut non sit opus aliqua condemnatione? Videtur, quod nulla debet sequi; lex dicit, quod sententia, quae primam sententiam sequitur, non tenet, (ut supra sent. rescin. non posse l. 1. et infra quando provoc. non est necesse l. 1,)

---

1) v. Savigny Bd. VI. S. 26 ff.

2) Nach der Ausgabe: Petri a Bellapertica . . repetitiones in aliquot . . Cod. leges. Francof. 1571. f. pag. 142.

sed confessus pro iudicato habetur, ergo etc ... Doctores dicunt contrarium: licet confessus pro iudicato habetur, tamen opus est, quod condemnatoria sequatur; probatur ff. de custo. reor. l. si confessus. Doctores bene intelligunt, sed non bene proferunt. Refert: aut quaeritur de eo, qui confessus est per modum contentiosae iurisdictionis; interrogatus dico, quod debeo tibi centum, aut ante litem contestatam, et tunc in me fertur praeceptum, non sententia, . . . aut lite contestata confessus sum, et tunc fertur sententia definitiva, et sic intelligo l. alleg. si confessus et probatur secundum veriorem sententiam ff. de procurat. l. si reus; aut quaeritur de confessione emissa per modum iurisdictionis voluntariae; indigeo pecunia, dico: mutues mihi decem et confitebor, vado ad officialem et confiteor, quod teneor tibi in decem; non reperio legem loquentem, tamen non est necessaria sententia, sed sic video consuetudinem interpretari: iudex mandat executionem fiendam, et minime sunt immutanda etc, ut ff. de leg. l. minime. Praeterea ista non est facta post litem contestatam, ergo etc. [3]

---

3) Vergl. oben (S. 109. 110.) Cinus ad h. l., welcher den Petrus de Bellapertica bei diesem Gesetze fast wörtlich ausgeschrieben hat.

II. *Joannes Faber.*[1]

Gebürtig aus der Provinz Bordeaux. Lebte in der ersten Hälfte des XIV Jahrhunderts, zuerst als Rechtslehrer in Montpellier, später als Advokat. Schrieb einen Commentar zu den Institutionen, dann nach Art der alten Summen ein **Breviarium in Codicem.**

Aus diesem [2]:

L. un. C. de confessis. [3]

Confessos. Ut regula huius legis sit vera, dic: confessus in iure, sponte, maior, habilis, sciens contra se, praesente adversario, certum, tale quid, cui natura non repugnet, et de quo posset esse actio, fraude et favore cessantibus, debet pro iudicato haberi.

In iure: si extra ius, non habetur pro iudicato . . . Et dic in iure, id est coram iudice pro tribunali sedente, si tendat ad litis decisionem; secus, si ad praeparationem, tunc suffice-

---

1) v. Savigny Bd. VI S. 37 ff.

2) Nach der Ausgabe: parrhisiis 1516. 8.

3) Fol. 217^b — 218^b.

ret ubicunque secundum Roffredum, Odofredum et Jacobum de Ravanis. Tu vero distingue inter voluntariam et contentiosam [iurisdictionem]. Et in contentiosa subdistingue, an emittatur in actu, qui requirit plenam cognitionem, aut in alio, ut in primo et ultimo valeat ubicunque et pro iudicato habeatur, in medio non. . . . . Pro iudicato dic, quod in voluntariis habetur pro iudicato facto ei praecepto per auditorem sigilli; et ita servatur de facto. In contentiosis dic, quod in civilibus ante litis contestationem non fit condemnatio, sed praceptum, ff. de praecura. si reus, de iudi. si debitori. Post litis contestationem condemnatur . . . Ubi vero fieret coram notario, qui non haberet potestatem praecipiendi a sigillifero vel a iudice, tunc non crederem haberi pro iudicato, nec executionem fieri debere, cum non fuerit in iure. . . . . .

L. 13. C. fam. ercisc.

Certum est. [4] . . . .
. . . . *condemnatus.* Si solum obligatus est ei, cavetur, ff. de pecu. sed si damni § fin.

Est. Cum hodie de consuetudine fiat condemnatio in litteris contractuum, posset satis dici, quod percipiat, quasi sit condemnatus iudicialiter, si ita sit obligatus.

4) Fol. 81b.

III. *Nicolaus Boërii.*

Geboren zu Montpellier um's Jahr 1470, vorzugsweise Praktiker, starb im Jahr 1539 als Präsident des Gerichtshofs zu Bordeaux.

Er hat einen zwischen 1498 und 1509 geschriebenen lateinischen Commentar über die coustumes de la ville et septaine de Bourges hinterlassen.

Hieraus [1]:

Tit. II.

Des iuges et leur iurisdition.

§. XXVII.

Haec consuetudo videtur prohibere fieri oppositionem adversus literas obligatorias, (quae in iure vocantur instrumenta garentigionata, ut Tusci appellant, et Perusini confessionata, ut dicit Baldus in l. etiam C. de exec. rei iud., quae habent executionem paratam, maxime de stylo curiae Franciae et omnium aliarum curia-

---

1) Nach der Ausgabe von Dionysius Gothofredus Francof. 1598. f. pag. 57 — 58.

rum saecularium regni, quando sunt sub sigillo regio, [et] tenentur debitores garnire seu furnire manum de totali summa in literis contenta) et pariter contra executionem sententiae; sed non facit, quia non solum indebite opponenti se adversus executionem literarum vel sententiae imponit poenam, sed profecto etiam exequi facienti.

Et nota, quod, ubi de statuto vel consuetudine aut stylo curiae provisum est, quod contra sententiam vel instrumentum garentigionatum nulla possit opponi exceptio, tamen semper poterit opponi, quod illa sententia non est sententia, vel instrumentum non est instrumentum, ut notat Bartolus in l. divus ff. de testam. mil. et in l. 1 § et parvi refert (et ibi pulchre Alexander in additionibus) ff. quod vi aut clam, et Joannes Andreae in addit. Speculi tit. de sent. prolat. § ut autem, et Baldus in l. 2 C. de exec. rei iud., et Alexander in consilio 33, Ant. de Canario in suo tractatu de executione instrumentorum in prima quaest., et per canonistas in c. item cum quis de restit. spoliat., et amplissime per Benedictum de Barzis in suo tractatu guarentigiarum. Item etiam [poterit opponi], ubi evidenter et notorie constat de iniustitia, ut notat Baldus in l. 1. C. si de moment. poss. fuer. app. et in l. consentaneum C. quomodo et quando, et Alexander in cons. 107, . . Abbas Sicu-

lus, . . Felinaeus, . . Anton. de Canario . . et Ludovicus Bologninus in l. si feriatis ff. de feriis, ubi dicit, quod post tres sententias conformes potest opponi nullitatis exceptio, et tenet Ludov. Romanus, . . Abbas, . . Oldradus, . . Petrus de Ancharano, . . Paulus de Castro, . . Jo. de Imola, . . Franciscus de Ramponibus, . . Speculator, . . Joannes Andreae . . . ., unde dicit Joannes Faber post Cynum in l. si certum [l. certum] C. fam. hercis., quod hodie de consuetudine regni Franciae fit condemnatio in literis contractuum, quasi sit quis iudicialiter condemnatus, quos contractus solent foeneratores facere, quia tempore contractus mutui faciunt fieri et constituere procuratorem ad confitendum in iudicio ac pati condemnationem nec non transigendum, ut dicit Baldus in auth. hoc ius porrectum C. de sacrosanct. eccl. et Alexander in additionibus ad Bartolum in l. fin. C. de pact. pig. Et sic fuit fraus de persona ad personam; et idem tenet Alexander in additionibus ad Bartolum in l. non plures C. de sacros. eccl.; et ita consueverunt facere Alvernigenae, Lemovicenses et Italici, ut adversus talem confessionem vel condemnationem non possit opponi exceptio non numeratae pecuniae. Tamen secundum Cynum in dicta l. certum et in l. contractibus, quem ibi Baldus in ultima quaestione C. de non num. pec. sequitur, tenet, quod non obstante tali condemnatione poterit opponi, nisi in figura iudicii oblato libello

dicta confessio et praeceptum factum fuerit, quia tunc transit in rem iudicatam; et vide Baldum in dicta l. 2 in fine de executione rei iudicatae.

IV. *Petrus de Vergnia.*

(de la Vergne.)

Gebürtig von Montpazier bei Sarlat, Provinz Nieder-Perigord, lebte um's Jahr 1500 als Rechtslehrer an der Universität zu Angers.

Von ihm sind unter Anderem Anmerkungen zur Lectura des Jacobus Buttrigarius über den Codex vorhanden [1].

Hieraus:

Additio ad. l. error C. de iuris et facti ignor. [2]

Additio. Ista lex habet materiam multum utilem . . . .

. . . . Et nota hic finaliter per Bartolum, quae dicantur instrumenta garantisiae, et dicas clarius, quam Bartolus, quod garantisia est illud praeceptum, quod facit notarius in instrumento parti, quae coram eo confessa est debitum, ex potestate sibi tributa per statutum.

---

1) In der Ausgabe: Jacobus Butrigarii. . . super Codice . . . cum additionibus Petri de Vergnia. Parrhisiis 1516. f. II voll.

2) Vol. I fol. 32^b^ — 33.

Nam notarii habent iurisdictionem habitu, aliquando ex forma statuti, aliquando quia ita creantur per comites palatinos; et hodie in Francia omnes notarii, qui dicuntur iudices chartularii [3], in hoc regno dicimus consueverunt facere praecepta partibus, inter quas contractus recipiunt seu passant, et sic iurisdictionem, quam habent in habitu, deducunt in actu. Et istud multum bene observant notarii curiarum ecclesiasticarum. Et in partibus meis in patria iuris scripti, in civitate sarlatensi [4], ac in villa montispaserii [5], ex qua sum oriundus, et ibi pluries vidi, notarii iniungunt partibus de conventionibus observandis, prout inter eas est conventum, faciendo partes in eorum manibus ita promittere ac submittendo rigori diversarum curiarum senescalli et officialis nec non parvo sigillo montispesulani [6], nec non rigori nundinarum briae [7] et campaniae [8], quod in aliquibus locis appellant notarii iudicatum: improprie tamen secundum Bartolum et alios in l. un. C. de confessis et in l. si debitori ff. de iudi.; et hic vide Bartolum, dum quaerit, utrum praeceptum iudicis sit sententia? et

---

3) ut vult glo. in l. rem non novam C. de iudi. — glo. et ibi Bartolus in l. 1. ff. de iudi. . . . . .

4) Sarlat. —

5) Montpazier. —

6) Montpellier. —

7) la Brie. —

8) Champagne. —

dicit, quod non est condemnatio nec sententia; idem dicit esse de instrumentis garentisiatis, de quibus supra fuimus loquuti, quae fiunt diximus in franciam [sic], secundum Bartolum hic et Jasonem; unde dices, quod instrumenta garentisiata dicuntur instrumenta confessionata, ut diximus, dum partes confitentur in manibus notarii, secundum omnes doctores hic, de quo vide Alexandrum in l. ait praetor ff. de re iudi. Unum tamen notabis, quod praeceptum garentisiae, quod fit quotidie, ut diximus, per notarios partibus, dicuntur sententiae interlocutoriae, non tamen definitivae, de quo est glo. in l. fina. § necessitate et ibi Baldus *de bonis quae liberis* infra . . Et commendabis menti, quod istud verbum garentisiae seu garentare est verbum inductum ex modo loquendi tuscorum, et de hoc est textus unicus in iure et singularis in c. 1. § *si autem inter pares* versiculo *si possidenti dominus garentisare voluerit* etc. de lege Coradi in usib. feud . . . .

V. *Bartholomaeus Chassenaeus.*

(de Chasseneux.)

Gebürtig aus Autun; hielt sich längere Zeit in Italien auf; starb als Präsident des Parlaments von Provence im Jahr 1542.

Im J. 1509 [1]) schrieb er seine oft gedruckten

Commentaria in consuetudines ducatus Burgundiae praecipue ac totius pene Galliae,

welche er nachmals öfter überarbeitete, weßhalb sich auch Zusätze aus späteren Jahren vorfinden.

Hieraus [2]):

Rub. XI. Des censes.

§. VI.

Le seigneur censier ou rentier daulcune chose peult adresser et a son action pour les arrerages a luy deubz de la cense ou rente contre lassignal et contre

---

1) Chassenaeus ad tit. IV (des droits et appartenances a gens mariez) § 7 (le mari et la femme) Num. 11, wo er von Jason Maynus sagt: quia adhuc vivit hoc anno Domini 1509.

2) Nach den Ausgaben: Lugduni 1535. f. — Francof. 1574. f.

le tenementier dicelluy, sans ce quil soit tenu de discuter laction personelle contre le principal oblige ou ses hoirs, sil ne luy plaist.

1. *Contre le principal oblige ou ses hoirs.* Quaero, numquid actio personalis, quae competit contra obligatum et habet executionem paratam eo, quia obligatus sub sigillo cancellariae, habeat etiam executionem paratam contra heredes obligati, hoc est: numquid guarentigia, quae est in instrumentis receptis sub sigillo cancellariae, habeat etiam locum contra heredem obligati?

2. Bartolus in l. postulante ff. ad Trebell. tenet et dicit, quod si statutum dicat, quod debitor posset pro debito incarcerari, quod etiam eius heres poterit pro tali debito incarcerari, licet statutum nullam faciat mentionem de herede, Paulus de Castro et Alexander in l. postulante; et vide dominum Socinum in cons. CXX......

7. Credo, quod licet instrumenta guarentigiata habeant effectum contra heredem, non tamen ita sunt praecisa, quin heres non admittatur ad oppositionem; et ita observatur apud nos, manu tamen regia saisita in bonis heredis.

Additio. Intellige etiam praedicta, quod antequam talia instrumenta sic guarentigionata praecise mittuntur executioni, quod sint in publicam formam redacta, cum, si sit tantum protocollum aut imbreviatura, non probant . . . . Et dixi pluries, quod obligationes receptae sub sigillo cancellariae, in vim cuius datur executio prae-

cisa, non habent vim praecisam nec habentur pro guarentizatis ita, quod provisio super illis adiudicari possit, nisi sigillum sit in eis appositum; et ita tenet Guido Papae quaestione sua CLXXXI, cum sigillum sit qualitas tribuens executionem praecisam ratione authoritatis principis, quae requiritur ad hoc, ut actus valeat.

Adverte etiam, quia, antequam talia instrumenta mittantur executioni, debitum debet esse liquidum, quoniam, ut dicit Baldus in l. si causam C. de exec. rei iud. et in l. cum testamento C. de testam. manumiss., prius debet liquidari, postea exequi; et dicit, quod super liquidatione est citanda pars, quia requirit causae cognitionem; et idem Baldus in l. 1 C. de iuris et facti ignor. dicit, quod impedit executionem exceptio, quod debitum non sit liquidum.

Additio. Vide Dominum meum Jasonem in l. in illa stipulatione ff. de verb. obl. et adverte, quod pendente dilatione ad liquidandum debitum si reus velit opponere aliquam exceptionem contra talia instrumenta, poterit, ut tenet Hippolytus de Marsiliis in singulari suo CLXVIII. . . . .

Et etiam instrumenta simulata non habent guarentigiam et admittitur exceptio simulationis contra executionem illorum, Baldus in l. fin. § in computatione C. de iure deliberandi. [3]

3) Ed. Lugd. 1535. fol. 362^b — 363^b. — Ed. Francof. 1574. pag. 1434 — 1438.

Rub. V. Des rentes vendues a reachat et executions dicelles.

§. III.

Meubles nont point de suyte en hypothecque, quand ilz sont mis hors de la puissance du debteur, a qui estoient lesdictz meubles, si non etant quilz seront de plus grand valeur que la debte du creancier, qui les auroit faict prendre, non obstant priorite ou posteriorite dypothecque.

Quand ilz sont mis hors de la puissançe du debteur.

Nota ista verba, quia istud non potest fieri nisi per sententiam iudicis mittendo creditorem in possessionem bonorum pro mensura debiti. . . vel virtute executionis factae per mandatum cancellariae huius patriae, quod quidem dari potest super instrumento obligatorio habente executionem paratam virtute sigilli et submissionis. . . .

Et ut solet fieri instrumentum in hac patria, dicitur guarentigiatum virtute submissionis, quae fit communiter, scilicet quando partes se submittunt coërcitioni iurisdictionis cancellariae contractuum virtute sigilli cancellariae in instrumento appositi, quod habet executionem paratam; item virtute confessionis factae notario, post quam notarius monet partes ad solvendum faciendo eis praeceptum; ita dicit dominus meus Jason . . . . .

Adverte, quod executione incepta imploratio officii iudicis, quae fit apud nos, cum impe-

trat [debitor] mandatum a iudice contra creditorem, ut compareat iustificaturus de suis litteris obligatoriis et executorialibus, auditurus dici opponi et allegari causas iustas et rationabiles, quare dictae litterae nullum debeant sortiri effectum aut cassari debeant et annullari, non impedit executionem nec suspendit, eo, quia apud nos non solum non [4]) admittitur contra talia oppositio et sic exceptio, nec [sed] etiam appellatio et sic defensio, et ideo hoc casu non potest implorari officium iudicis, Angelus in l. plane ff. de petitione hereditatis. Si tamen coram iudice proponatur dolus in contractu et iustificetur, hoc casu potest implorari officium iudicis et tunc iudex potest inhibere, ne ulterius procedatur secundum Angelum . . . Ita tenet Benedictus de Barzis . . . . .

Additio. Adverte ad exceptiones, quas potest reiicere iudex, scilicet malitiosas, falsas, frivolas, non relevantes neque verisimiles, iuri contrarias, calumniosas, exclusas post terminum, ut videre poteris per Matthaeum de Afflictis in constitutione regni Siciliae, quae incipit: *litteras*, in VI notabili.

Et talia instrumenta possunt mitti executioni contra debitorem non obstante oppositione, ita ad minus, quod manus regia sit munita, quod

---

4) non muß wegfallen, fehlt auch in der Frankfurter Ausgabe.

dicitur communiter: *la main du Roy suffissament garnie*, et tunc isto casu licitum erit creditori per tale instrumentum ponere mobilia extra manus debitoris, quibus positis non amplius poterunt alii creditores se opponere et pro parte debiti restitutionem dictorum bonorum petere, nisi in id, quod est ultra mensuram debiti, iuxta auth. ei qui C. de bonis auth. iud. possidendis. [5])

5) Ed. Lugd. 1535. fol. 208^b — 209. — Ed. Francof. 1574. pag. 827 — 829.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Briegleb, Hans Karl,

Ueber exekutorische Urkunden- und Exekutiv-Prozeß

Bd.: 2

Nürnberg 1839

J.pract. 32 h-1/2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10624782-6